

**Alexander V.****Regule<sup>a</sup> domini Alexandri pape quinti<sup>b</sup>**

---

<sup>a</sup> Regule VL 3983 Sequuntur regule

<sup>b</sup> Regule - quinti *Berlin 861, PL 647, VL 3983, VL 4990, Wolfenbüttel 361 (erst nach Nr. 4); Köln 25b Sequuntur regule facte per dominum Alexandrum papam V; ohne Überschriften sind München 3871, Paris 14457*

**1.**

Has infrascriptas regulas et ordinationes voluit dominus noster Alexander papa quintus dari et tradi in Cancellaria per me Iohannem<sup>1</sup> episcopum Ostiensem sancte Romane ecclesie vicecancellarium et secundum eas litteras expediri et eas observari, alias autem traditurus super aliis materiis, dum tempus habuerit plenius deliberandi, quas traditas et tradendas valere voluit, quamdiu in sede apostolica presidebit.

---

<sup>1</sup> *Johannes de Broniaco.*

**2.**

RESERVATIO ECCLESIARUM<sup>a</sup>.

Dominus noster papa, V kalendas iulii<sup>1</sup>, post electionem suam<sup>2</sup> ad summi apostolatus apicem et ante coronationis sue sollempnia<sup>3</sup>, generaliter reservavit dispositioni sue omnes patriarchales et metropolitanas<sup>b</sup> et cathedrales ecclesias tantum ubilibet vacantes et in posterum vacaturas.

---

<sup>1</sup> *1409 Juni 27.*

<sup>2</sup> *1409 Juni 26.*

<sup>3</sup> *1409 Juli 7.*

---

<sup>a</sup> Reservatio ecclesiarum *Berlin 861*

<sup>b</sup> metropolitanas *Berlin 861* archiepiscopales

**3.**

RESERVATIO MONASTERIORUM VIRORUM<sup>a</sup>.

Item, nonis iulii pontificatus sui anno primo<sup>1</sup>, dictus dominus noster reservavit dispositioni sue omnia monasteria virorum, quorum fructus ultra centum libras Turonensium parvorum

---

<sup>1</sup> *1409 Juli 7.*

valent abbatibus eorundem monasteriorum annuatim, etiam ubicumque tunc vacantia et in posterum vacatura et etiam<sup>b</sup> citra centum libras, quando eis<sup>c</sup> ex certa causa uti voluerit.

---

<sup>a</sup> Reservatio - virorum *Berlin 861*

<sup>b</sup> etiam *Berlin 861* etiamsi

<sup>c</sup> eis *Berlin 861* est

#### 4.

REVOCAT EXPECTATIVAS PER P<ETRUM> DE LUNA ET A<NGELUM> DE CORARIO FACTAS<sup>a</sup>.

Item, VII<sup>b</sup> idus iulii<sup>1</sup>, cassavit et irritavit et cassas et irritas nuntiavit omnes expectativas gratias quibuscumque personis per A<ngelum> Corario<sup>2</sup> et P<etrum> de Luna<sup>3</sup> et per quoscumque alios usque in illum diem factas, quarum vigore seu pretextu nondum erat provisum dictis personis, licet per eas seu earum auctoritate beneficia ecclesiastica forsitan acceptassent vel non acceptassent.

---

<sup>1</sup> (1409) Juli 9.

<sup>2</sup> = Gregor XII.

<sup>3</sup> = Benedikt XIII.

---

<sup>a</sup> Revocat - factas *Wolfenbüttel 361*

<sup>b</sup> VII *Wolfenbüttel 361* XII

#### 5.

REVOCATIO UNIONUM<sup>a</sup>.

Item, eadem die nonis iulii<sup>1</sup>, revocavit omnes uniones quacumque auctoritate factas, que non sunt sortite effectum.

---

<sup>1</sup> (1409) Juli 7.

---

<sup>a</sup> Revocatio unionum *Berlin 861*

#### 6.

Item, eadem die nonis iulii<sup>1</sup>, declaravit idem dominus noster irritas et inanes ac penitus nullius efficacie vel momenti quascumque concessiones gratiam vel iustitiam concernentes ex tunc per ipsos A<ngelum<sup>2</sup>> et P<etrum<sup>3</sup>> sub quibuscumque verborum formis quibusvis personis ecclesiasticis vel mundanis faciendas et ipsas personas, que ex tunc dictas

---

<sup>1</sup> (1409) Juli 7.

<sup>2</sup> = Gregor XII.

<sup>3</sup> = Benedikt XIII.

15. Juni 2016

gratias ab eisdem A<ngelo> et P<etro> reciperent, etiamsi essent motu proprio facte, declaravit de schismate fore suspectas.

## 7.

APPROBAT REGULAS PREDECESSORUM SUORUM<sup>a</sup>.

<i>Alle anderen Textzeugen.</i>	<i>VL 3983, Wolfenbüttel 361.</i>
Item, eadem die videlicet nonis <sup>b</sup> iulii pontificatus sui anno primo <sup>1</sup> , dominus noster <sup>c</sup> approbavit et renovavit omnes regulas et ordinationes <sup>d</sup> alias non revocatas <sup>e</sup> vel limitatas suorum predecessorum videlicet Iohannis XXII et aliorum successorum suorum <sup>f</sup> usque ad Gregorium XI <sup>g</sup> inclusive, exceptis reservationibus <sup>h</sup> , et voluit, quod Cancellaria eis uteretur, donec per eum aliud fuisset ordinatum,	Dominus Alexander papa quintus videlicet nonis iulii pontificatus sui anno primo approbavit et renovavit <sup>i</sup> omnes regulas et ordinationes suorum predecessorum videlicet Iohannis XXII, Benedicti XII, Clementis VI, Urbani quinti <sup>j</sup> et Gregorii <sup>k</sup> XI summorum pontificum dumtaxat,

salvis infrascriptis modificationibus<sup>l</sup> et declarationibus earundem<sup>m</sup>.

<sup>1</sup> 1409 Juli 7.

<sup>a</sup> Approbat - suorum *Wolfenbüttel 361; Berlin 861* Attende, quod excipit reservationes, quia illis uti noluit; *VL 2665, VL 6165, München 3871, Paris 1461, Paris 14457(a+b), Trier 954, Wien 5474* Constitutio domini Alexandri pape quinti bzw. V; *Trier 954 am linken Rand* Ista numquam fuit facta Avinione (*Hs. a vinionte*)

<sup>b</sup> Item - nonis *VL 2665* Idem dominus Alexander die martis nonis; *VL 6165, München 3871, Paris 1461, Paris 14457(a+b), Trier 954* Die martis nonis; *Wien 5474* Die martis nona (*der 9. Juli 1409 war ein Dienstag*)

<sup>c</sup> dominus noster *fehlt VL 2665, VL 6165, München 3871, Paris 1461, Paris 14457(a+b), Trier 954, Wien 5474*

<sup>d</sup> ordinationes *Paris 1461* constiutiones

<sup>e</sup> revocatas *Trier 954* renovatas

<sup>f</sup> videlicet - suorum *fehlt Berlin 861; suorum fehlt VL 2665, VL 6165, München 3871, Paris 14457(a+b), Trier 954*

<sup>g</sup> XI *VL 6165* undecimum

<sup>h</sup> reservationibus *VL 2665* reservatis

<sup>i</sup> et renovavit *fehlt Wolfenbüttel 361*

<sup>j</sup> quinti *Wolfenbüttel 361* V

<sup>k</sup> Gregorii *Wolfenbüttel 361* Be<nedicti>

<sup>l</sup> modificationibus *VL 3983* modera(tioni)bus

<sup>m</sup> salvis - earundem *fehlt VL 2665, VL 6165, München 3871, Paris 1461, Paris 14457(a+b), Trier 954, Wien 5474*

## 8.

15. Juni 2016

Et notatus dictus dominus noster papa, eadem die videlicet nonis iulii<sup>1</sup>, constitutionem dicti domini Gregorii, que incipit „Quamvis a felicis recordationis Iohanne XXII“<sup>2</sup> etc. sub IIII idus decembris pontificatus sui anno VI<sup>3</sup> editam, renovavit ac voluit et decrevit, quod in Romana curia et Palatio causarum apostolico deinceps observetur omnino tam per reverendissimos patres dominos cardinales sancte Romane ecclesie quam etiam venerabiles viros dominos auditores causarum dicti Palatii et alios quoscumque iudices in prefata curia presentes et in posterum in quibuslibet causis nunc pendentibus et quas in futurum ex commissionibus apostolicis pendere contingerit coram ipsis atque per advocatos, procuratores et notarios in eadem constitutione comprehensos eam etiam ad unguem voluit observari. Cui adiecit, quod quacumque diffinitiva sententia in Palatio et curia predictis pro quocumque lata ille, qui pro se eam habuit, in esculentis et potulentis cardinali seu auditori seu iudici, qui eam tulit, non presentet aut donet per se aut alium seu alios directe vel indirecte aliquod esculentum vel potulentum, nisi prout tempore dicti domini Gregorii fuit in talibus communiter observatum, sub excommunicationis pena, quam contrarium faciens incurrat ipso facto et cuius absolutionem sibi dumtaxat preterquam in mortis articulo aut in extremis reservavit, et quod predicti<sup>a</sup> officiales specialiter iurare teneantur, quod dictam constitutionem, ut predictum est<sup>b</sup>, observabunt.

---

<sup>1</sup> (1409) Juli 7.

<sup>2</sup> = Gregor XI. Nr. 86.

<sup>3</sup> 1376 Dezember 10. Es gibt keine Briefe Gregors XI. unter diesem Datum. Die genannte Konstitution ist von 1375 März 1.

---

<sup>a</sup> predicti Berlin 861 predictis

<sup>b</sup> est Berlin 861 esse

## 9.

RESERVAT BENEFICIA ADHERENTIUM ANGELO CORARIO ET P<ETRO> DE LUNA<sup>a</sup>.

Item, eadem die videlicet nonis iulii<sup>1</sup>, prefatus dominus noster declaravit sue intentionis fuisse et esse, quod omnes patriarchales, metropolitane et cathedrales ecclesie nec non abbatie, prepositure, prioratus aliaque beneficia ecclesiastica quecumque cum cura vel sine cura secularia et regularia, cuiuscumque qualitatis existunt, que actu obtinent illi, qui A<ngelo><sup>2</sup> et P<etro><sup>3</sup> predictis aut alteri eorum notorie adherent, quandocumque et ubicumque vacent, eo ipso fore dispositioni sue reservata et nullum preter ipsum de illis

---

<sup>1</sup> (1409) Juli 7.

<sup>2</sup> = Gregor XII.

<sup>3</sup> = Benedikt XIII.

15. Juni 2016

potuisse vel posse disponere quoquo modo. Et idem fieri voluit etiam de beneficiis eorum, qui in futurum ipsis A⟨ngelo⟩ et P⟨etro⟩ aut eorum alteri forsan adherebunt, ita tamen quod, si aliqui propter huiusmodi adhesionem privarentur et si re vera non adhesissent, non intelligerentur nec essent privati ac processus contra ipsos facti eis non vocatis essent nulli seu nullius roboris vel momenti.

---

<sup>a</sup> Reservat - Luna *Berlin 861*

## 10.

Item, eadem die<sup>a</sup> videlicet nonis iulii<sup>1</sup>, prefatus dominus noster ordinavit, quod omnes, qui adhererunt A⟨ngelo⟩<sup>2</sup> et P⟨etro⟩<sup>3</sup> predictis seu alteri eorum usque ad sententiam Pisis in concilio generali contra eos latam et habita notitia dicte sententie ab eis realiter non recesserunt, petentes, quod restituantur ad beneficia vel honores seu bona, non indigeant absolvi<sup>b</sup> nec censeantur excommunicationis vel alias censuras ecclesiasticas iuris vel hominis propterea incurrisse. Si qui autem postea adhererunt, ponatur clausula, quod ante omnia abiurent iuxta formam abiurationis super hoc faciend(am), que etiam inseratur in litteris apostolicis desuper conficiendis.

---

<sup>1</sup> (1409) Juli 7.

<sup>2</sup> = Gregor XII.

<sup>3</sup> = Benedikt XIII.

---

<sup>a</sup> eadem die *Berlin 861* eidem

<sup>b</sup> absolvi *Berlin 861* absolvere

## 11.

Item eadem die, videlicet<sup>a</sup> nonis iulii<sup>1</sup>, prefatus dominus noster papa<sup>b</sup> approbavit et renovavit constitutionem predicti domini Benedicti XII, que incipit „Ad regimen“<sup>2</sup>, et declaravit, quod illa suo tempore vult uti secundum formam in Cancellaria declarandam et<sup>c</sup> consuetam.

---

<sup>1</sup> 1409 Juli 7; vgl. *Johannes XXII. Nr. ME 33*.

<sup>2</sup> = *Benedikt XII. Nr. 35B*.

---

<sup>a</sup> videlicet *fehlt Wolfenbüttel 361*

<sup>b</sup> papa *fehlt Wolfenbüttel 361*

<sup>c</sup> declarandam et *fehlt VL 3983, Wolfenbüttel 361*

## 12.

15. Juni 2016

Item voluit idem dominus noster, dicta die scilicet nonis iulii<sup>1</sup>, quod, si quis deinceps impetret<sup>a</sup> aliquod beneficium vacans vel certo modo vacaturum, nisi exprimat verum valorem obtinendi vel obtentorum per marchas argenti seu sterlingorum seu per libras Turonensium parvorum vel florenos seu ducatos aut francos aut uncias auri et argenti secundum communem estimationem, littere non expediantur et gratie sint nulle. Et hoc servetur in regnis et provinciis, que erant sub obedientia Urbani, qui se vocavit VI, et suorum successorum usque ad assumptionem seu electionem ipsius domini nostri ad papatum. In aliis vero regnis et provinciis, que erant sub obedientia Clementis vocati VII et Petri de Luna<sup>2</sup>, observetur, sicut<sup>b</sup> observari consuetum est in talibus in<sup>c</sup> Cancellaria eorundem, donec dominus noster aliter duxerit ordinandum.

---

<sup>1</sup> (1409) Juli 7.

<sup>2</sup> = Benedikt XIII.

---

<sup>a</sup> impetret *Berlin 861* impetrans

<sup>b</sup> sicut *Berlin 861* sic

<sup>c</sup> in *Berlin 861* et

### 13.

DE UNIONE BENEFICIORUM FIENDA<sup>a</sup>.

Item voluit et ordinavit dominus noster, eadem die videlicet nonis iulii<sup>1</sup>, quod in beneficiis, que petuntur uniri ecclesiis cathedralibus aut mensis episcopalibus seu abbatialibus<sup>b</sup>, monasteriis seu preposituris aut prioratibus sive aliis beneficiis secularibus vel regularibus quibuscumque, et nisi cause rationabiles allegentur et exprimantur in supplicationibus, quare dicte uniones fieri petuntur, non expediantur littere super illis et semper fiat commissio ad partes et oneretur conscientia iudicum, quibus diriguntur littere super illis conficiend(is) vel recusand(is), quia ipse dominus talibus<sup>c</sup> unionibus parce vult uti.

---

<sup>1</sup> (1409) Juli 7.

---

<sup>a</sup> De - fienda *Berlin 861*

<sup>b</sup> abbatialibus *Berlin 861* abbatibus

<sup>c</sup> in talibus *Berlin, SB, Ms. lat. fol. 861*

### 14.

<i>Berlin 861(a).</i>	<i>Berlin 861(b).</i>
-----------------------	-----------------------

<p>Item voluit et ordinavit idem dominus noster, eadem die nonis iulii<sup>1</sup>, quod, si quis petat gratiam expectativam ad unum, &lt;duo&gt;, tria, quattuor aut plura beneficia vacantia vel vacatura cum cura vel sine cura ad unius vel plurium collationem etc., in regnis Sicilie et Trinacrie per simplex „Fiat P“ veniant tria invicem compatiblea, unum, duo vel tria, etiamsi ipsum unum vel ipsorum duorum vel trium aliquod curatum sit, ad unam collationem tantum, quam impetrans duxerit eligendam, et summa in Cancellaria dari consueta, sed per „Fiat, ut petitur“ veniant quattuor similia beneficia aut unum vel duo beneficia, etiamsi alterum ipsorum curatum aut canonicatus et prebenda seu dignitas, personatus vel officium in ecclesia cathedrali vel collegiata fuerit, si petatur<sup>a</sup>, sed excipiantur maior dignitas post pontificalem in cathedrali et principalis in collegiata ecclesia, nisi notatus ipse dominus noster signaret „Fiat etiam de maiori“. In aliis vero regnis et provinciis observetur stilus Cancellarie iuxta easdem ordinationes per prefatos predecessores super hec factas.</p>	<p>Item in eisdem regnis Sicilie<sup>2</sup> et Trinacrie<sup>3</sup> per „Fiat P“ veniant tria beneficia vacantia petita, que impetrans elegerit, sed per „Fiat, ut petitur“ veniant omnia petita. Sed in aliis regnis et provinciis servetur stilus predictus iuxta ordinationes eorundem predecessorum in talibus hactenus observatus.</p>
---	---

<sup>1</sup> (1409) Juli 7.

<sup>2</sup> Königreich Neapel.

<sup>3</sup> Königreich Sizilien.

<sup>a</sup> petatur *Berlin 861* petat

15. Juni 2016

Item predictus dominus noster papa, eadem die videlicet nonis iulii<sup>1</sup>, voluit et ordinavit, quod impetrans beneficium certo modo vacans vel vacaturum habens quinque vel sex aut plures non obstantias unam ex illis dimittat, qualem voluerit, etiamsi sit graduatus in quacumque facultate. Sed si impetrat duo vel tria aut plura vacantia vel vacatura, dimittat pro quolibet unum in habitis. Et sic fiat etiam in gratiis expectativis in eventum pacifice assecutionis illius vel illorum, quod vel que petat, alias littere apostolice super gratiis sibi factis nullatenus expediantur et expedite contra hoc nullius sint vigoris, exceptis protonotariis, correctoribus, referendariis, cubiculariis, secretariis suis ac nepotibus dominorum cardinalium et auditoribus causarum «Palatii» apostolici et clericis Camere apostolice nec non scriptoribus litterarum apostolicarum et petentibus gratias in regnis Sicilie et Trinacrie et Rome beneficia certo modo vacantia vel vacatura ac gratias expectativas ab ipso domino nostro papa, ita tamen quod impetrans in habitis et habituris VI beneficiis sit contentus et reliqua habita dimittat, dum illius vel illorum, que impetrat, possessionem pacificam fuerit adeptus. Sed de clericis Camere et scriptoribus ipsis dictus dominus noster vult, quod ego Iohannes<sup>2</sup> episcopus Ostiensis et sancte Romane ecclesie vicecancellarius ante expeditionem litterarum eum reddam attentum<sup>a</sup>.

---

<sup>1</sup> (1409) Juli 7.

<sup>2</sup> Johannes de Broniaco.

---

<sup>a</sup> Layoutendnote

## 16.

Item, quod, «si» quicumque impetrantes gratias beneficiales asserunt secum esse perpetuo vel ad certum tempus ad obtinendum plura incompatibilia simili auctoritate apostolica dispensatum, quod littere apostolice super eisdem impetrationibus nullatenus expediantur, nisi per litteras originales aut per vera eorum transsumpta de registris illorum, quorum esse dicuntur, doceant sufficienter de dispensationibus ipsis. Quodsi non fecerint et nihilominus ipsas litteras expediri<sup>a</sup> voluerint, retento uno incompatibilium, que dicit se habere, quoad reliquum vel reliqua cassetur eis dicta dispensatio et, si impetrat gratiam aliquam quoad aliud incompatibile cum illo, quod retinet, ponatur in litteris conficiendis, quod etiam illud incompatibile, quod obtinet, in eventum assecutionis dicti alterius incompatibilis omnino dimittere teneatur, alias dicte littere nullatenus expediantur et expedite sint<sup>b</sup> nulle et ipse littere, in quibus fit dicta cassatio, valide reputentur et habeantur.



---

<sup>a</sup> expediri *Berlin 861* expedire  
<sup>b</sup> sint *Berlin 861* sint

### 17.

Item dictus dominus noster, nonis iulii<sup>1</sup>, voluit et ordinavit, quod impetrantes<sup>a</sup> in Anglia et Scotia ad expectativas gratias magistri ac licentiati ac baccalarii formati in<sup>b</sup> sacra theologia nec non doctores in iure canonico et civili ac licentiati cum rigore examinis in eisdem iuribus ac magistri in medicina in forma speciali quoad curatum habeant ad summam XL et sine cura XXX<sup>c</sup>; alii vero graduati et non graduati ad curatum XXX et sine cura XX et hoc in gratiis specialibus; in communibus<sup>d</sup> autem gratiis habeant XXV ad curatum et sine cura ad XVIII marchas sterlingorum secundum taxationem decime. Sed in aliis regnis et provinciis servetur stilus consuetus et iuxta regulas per nos approbatas et modificatas et secundum illas littere expediantur.

---

<sup>1</sup> (1409) Juli 7.

---

<sup>a</sup> impetrantes *Berlin 861* impetrans  
<sup>b</sup> in *Berlin 861* et  
<sup>c</sup> *Berlin 861* folgt durchgestrichen marchas  
<sup>d</sup> communibus *Berlin 861* gravatibus

### 18.

ATTENDE. TOLLITUR MANUS APPOSITIO QUOAD CONTRAHENDUM MATRIMONIUM<sup>a</sup>.

Item, eadem die nonis iulii<sup>1</sup>, idem dominus noster voluit, quod, si quis impetret gratiam ab eo ad beneficium, quod dicit vacaturum per contractum matrimonii, si ille non contrahat ipsum matrimonium, dictum beneficium ex tunc non maneat reservatum et etiam impetratio ipsa sit nulla, si is<sup>b</sup>, qui velle contrahere dicebatur, sit in sacro ordine constitutus.

---

<sup>1</sup> (1409) Juli 7.

---

<sup>a</sup> Attende - matrimonium *Berlin 861*  
<sup>b</sup> is *Berlin 861* his

### 19.

Item ordinavit et voluit prefatus dominus noster, predicta <die> nonis iulii<sup>1</sup>, quod in regnis Francie, Alamanie, Anglie, Boemie et Polonie nec non in ecclesia Leodiensi<sup>2</sup> quoad

---

<sup>1</sup> (1409) Juli 7.

15. Juni 2016

quascumque expectativas et alias gratias de canonicatibus sub expectatione<sup>a</sup> prebendarum ac dignitatum, personatum, administrationum vel officiorum cum cura vel sine cura, etiamsi elective sint, in metropolitanis aut cathedralibus ecclesiis, si illi, qui eas impetrabunt, non sunt graduati vel nobiles aut militares ac legitime geniti, non valeant eis gratie ipsis facte per eundem dominum nostrum papam. Et hoc etiam in collegiatis ecclesiis quoad decanatus electivos<sup>b</sup> et etiam ad principales dignitates in ipsis voluit locum habere, exceptis suprascriptis protonotariis, correctoribus etc. nec non scriptoribus litterarum apostolicarum, de quibus dominus noster mandaverit et super hoc voluit, quod ego<sup>3</sup> episcopus et vicecancellarius supradictus ipsum ante expeditionem litterarum redderem attentum. Baccalarios autem in artibus et medicina non reputat graduatos, sed nuntios regum, principum et studiorum universalium rotulos ipsorum ad eundem dominum nostrum papam deferentes<sup>c</sup> sub hac regula includi voluit, sed quod ego vicecancellarius secundum gradus et merita ipsorum nuntiorum in gratiis, que petuntur<sup>d</sup> ab ipso domino nostro<sup>e</sup>, predictis exceptis dignitatibus, eos possim<sup>f</sup> honorare, dummodo ad hoc signature<sup>g</sup> ipsius domini nostri pape iuxta antiquas regulas et stilum dicte Cancellarie se extendant et istas personas sic<sup>h</sup> qualificatas vult ipse dominus noster admitti in eisdem ecclesiis ad canonicatus et prebendas ac dignitates etc., non obstantibus quibuscumque apostolicis et aliis privilegiis ac statutis et consuetudinibus earundem ecclesiarum etiam iuramento et quacumque alia firmitate vallatis<sup>j</sup>.

---

<sup>2</sup> Liège/Lüttich, Wallonine, Belgien.

<sup>3</sup> Johannes de Broniaco.

<sup>a</sup> expectatione *Berlin 861* expectationibus

<sup>b</sup> electivos *Berlin 861* electos

<sup>c</sup> deferentes *Berlin 861* deferentium

<sup>d</sup> petuntur *Berlin 861* petunt

<sup>e</sup> *Berlin 861* folgt sciam in

<sup>f</sup> possim *Berlin 861* possit

<sup>g</sup> signature *Berlin 861* signaturam

<sup>h</sup> sic *Berlin 861* hic

<sup>i</sup> ad *Berlin 861* et

<sup>j</sup> vallatis *Berlin 861* erst nach ipsarum ecclesiarum von Nr. 19K

### 19K. Anonym

Ista cauda ponitur ex eo, quia multa capitula istarum ecclesiarum impetraverunt a Bonifatio IX contra capitulum „Venerabilis“ de prebendis<sup>1</sup> et capitulum „Ad decorem“ de institutionibus<sup>2</sup>, quod nisi certe persone admitterentur per eos, quod cedit valde in detrimentum ipsarum ecclesiarum<sup>a</sup>.

---

<sup>1</sup> X 3.5.37.

<sup>2</sup> X 3.7.5.

---

<sup>a</sup> *Layoutendnote*

## 20.

Item in eisdem regnis, ecclesia, civitate et diocesi Leodiensi<sup>1</sup> nec non in regnis Hispanie, Ungarie, Aragonie et Portugalie et Scotie impetrantibus<sup>a</sup> gratias expectativas ab ipso domino nostro non dentur littere apostolice nisi ad unam collationem, quam quilibet eorundem impetrantium exprimat in sua petitione, et si petat ad collationem etc. omnium collatorum in certa provincia vel certa diocesi vel ecclesia aut pluribus ecclesiis vel diocesibus, eligat unam collationem, quam voluerit, et illa sit contentus; et, si forte aliqui petant etiam sibi provideri in duabus ecclesiis, in quibus sunt maiores vel medie et minores prebende, non cedant taliter supplicanti nisi in una ecclesia canonicatus et minores<sup>b</sup> et medie prebende, quam<sup>c</sup> duxerit eligendam, etiam per „Fiat, ut petitur“ et etiamsi dicta petitio ad plura<sup>d</sup> postea per ipsum dominum nostrum reformetur; et, si petierit quis in illa forma „Etiamsi tale beneficium sit dignitas, personatus vel officium“ et signata sit eius supplicatio per „Fiat, ut petitur“ et sit talis persona graduata vel nobilis aut militaris, ut supra proxima exprimitur, detur etiam talis gratia ad dignitates etc. in supra proxima regula, sed magistri in sacra pagina, ‹doctores in› iure canonico et civili aut altero ipsorum iurium et protonotarii<sup>e</sup>, correctores, secretarii, cubicularii et clerici Camere apostolice, scriptores<sup>f</sup> litterarum apostolicarum ac nobiles et egregie persone ac nepotes dominorum cardinalium istas dignitates maiores post pontificales in metropolitanis et cathedralibus et principales in collegiatis ecclesiis nec non decanatus in eis possunt habere, si petant formaliter ipsisque per eundem dominum nostrum concedantur expresse. Sed de clericis Camere et scriptoribus ipsis voluit, quod ego<sup>2</sup> predictus episcopus et vicecancellarius eum consulerem<sup>g</sup>, antequam littere expediantur ad bullam.

---

<sup>1</sup> *Liège/Lüttich, Wallonien, Belgien.*

<sup>2</sup> *Johannes de Broniac.*

---

<sup>a</sup> impetrantibus *Berlin 861* impetrantes

<sup>b</sup> minores *Berlin 861* moir (!)

<sup>c</sup> quam *Berlin 861* prout

<sup>d</sup> plura *Berlin 861* pluram

<sup>e</sup> protonotarii *Berlin 861* protonotariorum

<sup>f</sup> scriptores *Berlin 861* scriptorum

<sup>g</sup> consulerem *Berlin 861* consulem

## 21.

QUE ET QUALES RESERVATIONES VENIANT PER „FIAT, UT PETITUR“<sup>a</sup>.

15. Juni 2016

Item dictus dominus noster papa, eadem die nonis iulii<sup>1</sup>, voluit et ordinavit, quod, si aliquis petat novam provisionem super quocumque beneficio ecclesiastico seculari vel regulari cum cura vel sine cura, cuiuscumque qualitatis fuerit, quod per „Fiat, ut petitur“ vel per simplicem signationem<sup>b</sup> „Fiat P“ veniant, si petat impetrans expresse et non alias, hec clausule videlicet „Sive premissis sive alio<sup>c</sup> quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, etiamsi per constitutionem ‚Execrabilis‘<sup>2</sup> vacet“, „Si tale sit beneficium, quod in ipsa constitutione“, et iste clausule, si sint expresse in petitione, scilicet „Etiamsi devolutum, generaliter vel specialiter reservatum sit“; non veniant generales reservationes in eadem constitutione domini Benedicti XII, que incipit „Ad regimen“<sup>3</sup>, expresse et per clausulam „Etiam“ etc., nisi dispositive et indubie impetrans asserat<sup>d</sup> in petitione beneficium, quod impetrat, sub certa specie alicuius generalis reservationis in ipsa constitutione contente cadere, que tunc detur ipsi petenti et non alias. Et idem etiam fiat in supplicationibus super quibuscumque beneficiis vacantibus per eundem dominum nostrum per „Fiat P“ aut per „Fiat, ut petitur“ signatis et signandis. Et in vacantibus certo modo numquam tollantur generales et speciales reservationes aut etiam devolutiones, quamvis petant et supplicationes per „Fiat, ut petitur“ vel alias sint signate.

---

<sup>1</sup> (1409) Juli 7.

<sup>2</sup> = Johannes XXII. Nr. 65B.

<sup>3</sup> = Benedikt XII. Nr. 35B.

---

<sup>a</sup> Que - petitur Berlin 861

<sup>b</sup> signationem Berlin 861 significationem

<sup>c</sup> alio Berlin 861 alias

<sup>d</sup> asserat Berlin 861 asseratur

## 22.

NOTA, QUOD AD IURANDUM IN EFFECTUM OBTINENDI SURROGATIONEM, QUOD ACTOR CREDAT SE HABERE IUSTAM CAUSAM LITIGANDI, REQUIRITUR SPECIALE MANDATUM<sup>a</sup>.

Item voluit et ordinavit dictus dominus noster, eadem die videlicet nonis iulii<sup>1</sup>, quod, si <de beneficio> vacante vel vacaturo certo modo iure rei in aliqua lite actor petat se surrogari in iure huiusmodi, quod nullatenus per auditorem vel iudicem cause vel quemvis alium, cui dicta committatur surrogatio faciendab, ut ibi<sup>c</sup> in eodem iure surrogetur, nisi ante omnia actor per se vel eius procurator<sup>d</sup> ad hoc habens mandatum speciale iuret se credere habuisse et habere iustam causam litigandi cum dicto reo super beneficio, quod postulat seu super quo litigat, et, si fiat contrarium, littere ac surrogatio huiusmodi nullius sint

15. Juni 2016

roboris vel momenti quodque in litibus, ubi dictus dominus noster papa mandabit sufficientiori litigantium provideri, non artetur alter litigantium, debilis senex vel infirmus extra Romanam curiam constitutus ad veniendum postea ad Romanam curiam, sed auditor et iudex cause huiusmodi examen illius alteri committat idoneo et sufficienti de illo in partibus faciendum, cui examini proinde stetur, ac si per dictum auditorem seu iudicem factum esset, et liceat illo casu omnibus conlitigantibus<sup>e</sup> illorum impetrantium exprimere ipsorum beneficia et gratias sive non obstantias beneficiales et eorum valores annuos secundum communem extimationem<sup>f</sup>, quamvis in supplicationibus non sint expressi, quodque semper ponatur clausula in talibus litteris „Dummodo impetrans et sufficientior ille in ipso beneficio non sit intrusus“.

---

<sup>1</sup> (1409) Juli 7.

---

<sup>a</sup> Nota - mandatum *Berlin 861*

<sup>b</sup> facienda *Berlin 861* facta in eodem iure surrogetur

<sup>c</sup> *Berlin 861* folgt surrogatio facienda

<sup>d</sup> procurator *Berlin 861* procurator(em)

<sup>e</sup> *Berlin 861* folgt illo casu

<sup>f</sup> extimationem *Berlin 861* continuationem (!)

### 23.

IMPETRANS GRATIAM AD CURATA EXTRA PROPRIUM IDIOMA EST EO IPSO NULLA<sup>a</sup>.

Item, eadem die scilicet nonis iulii<sup>1</sup>, idem dominus noster voluit, quod, si aliquis extra suum proprium idioma aliquas gratias beneficiales et expectativas vel alias ad beneficia curata ab eo impetret, dicte gratie sint nulle et littere apostolice non expediantur super illis, dominis cardinalibus dumtaxat exceptis.

---

<sup>1</sup> (1409) Juli 7.

---

<sup>a</sup> Impetrans gratiam ad curata extra proprium idioma est eo ipso nulla *Berlin 861*

### 24.

Item, eadem die videlicet nonis iulii<sup>1</sup>, declaravit et voluit, quod nulle littere apostolice contra has regulas expediantur<sup>a</sup>.

---

<sup>1</sup> (1409) Juli 7.

---

<sup>a</sup> Layoutendnote

### 25.

15. Juni 2016

REVOCANTUR „VIDIMUS“<sup>a</sup>.

Item idem dominus noster, eadem die videlicet nonis iulii<sup>1</sup>, declaravit et voluit, quod suo tempore littere diocesanorum sive locorum ordinariorum aut eorum officialium seu commissariorum, que ab aliquibus appellantur „Vidimus“, non habeant locum et omnino abrogavit<sup>b</sup> easdem veluti per quendam abusum contra apostolice libertatis auctoritatem et publicam et privatam utilitatem introductas<sup>c</sup> circa examinationem litterarum apostolicarum ac sententiarum et processuum, citationum et aliorum munimentorum, que de Romana curia emanarunt et contingerit emanare, inhibens expresse, ne aliquis, cuiuscumque status, gradus vel conditionis existat, talibus litteris deinceps utatur directe vel indirecte, et, si contrarium fecerit, excommunicationis sententiam incurrat eo ipso, presertim si illud causa impediendi aliquos impetrantes seu illos, qui eisdem litteris et munimentis uti habebunt, aut extorquendi pecuniam seu aliquod pactum ab eis id attemptetur. Eandem sententiam etiam incurrere voluit ipsos officiales et commissarios, si in hoc per se vel alium sub quovis quesito colore delinquant<sup>d</sup>.

---

<sup>1</sup> (1409) Juli 7.

<sup>a</sup> Revocantur Vidimus *Berlin 861*

<sup>b</sup> abrogavit *Berlin 861* aboravit

<sup>c</sup> introductas *Berlin 861* introductis

<sup>d</sup> delinquant *Berlin 861* delinquat

## 26.

DELEGATI EXTRA CURIAM PRO NULLA LITTERA ETIAM ABSOLUTIONIS AB EXCOMMUNICATIONE RECIPERE DEBENT ULTRA UNUM FLORENUM DE CAMERA SUB PENA EXCOMMUNICATIONIS, A QUA NON POSSUNT NISI PER PAPAM ABSOLVI<sup>a</sup>.

Item, eadem die videlicet nonis iulii<sup>1</sup>, dictus dominus noster mandavit et voluit, quod omnes delegati extra predictam curiam auctoritate litterarum suarum gratiam vel iustitiam continentium nihil exigant directe vel indirecte ab illis, qui eos in iudices impetra<sup>ve</sup>runt aut impetrabunt ratione negotiorum sive executionum per eum ipsis commissarum, sive sigilli aut alias quovis pretextu vel colore ultra valorem unius floreni Camere apostolice, nec etiam vult ultra unum florenum contumaces seu excommunicatos per ipsos petentes absolutionem ab eisdem <sup>aggravari</sup> et, si secus egerint, ad illius, quod ultra receperunt<sup>b</sup>, restitutionem illis, qui solv<sup>er</sup>unt, teneantur et nihilominus excommunicationis sententiam

---

<sup>1</sup> (1409) Juli 7.

15. Juni 2016

incurrant ipso facto, a qua nisi per summum pontificem preterquam in mortis articulo possint absolvi.

---

<sup>a</sup> Delegati - absolvi *Berlin 861*; absolvi *Berlin 861* absoluti

<sup>b</sup> receperunt *Berlin 861* preceperunt

## 27.

Item dominus noster commisit mihi<sup>1</sup> episcopo Ostiensi sancte Romane ecclesie vicecancellario, ut super istis duabus ultimis regulis petentibus litteras testimoniales et de sigillo meo extra eandem curiam dare possim<sup>a</sup>.

---

<sup>1</sup> *Johannes de Broniaco.*

---

<sup>a</sup> *Layoutendnote*

## 28.

Item extravagantem, que incipit „Excommunicamus<sup>1</sup>“, per suos predecessores approbatam contra simoniam in Romana curia committentes renovat et approbat et mandat districtius observari<sup>a</sup>.

---

<sup>1</sup> *Extravag. com. 5.10.1.*

---

<sup>a</sup> *Layoutendnote*

## 29.

MONITORIA DECERNI DEBENT SINE PENA PECUNIARIA<sup>a</sup>.

Quia in decretis monitoriorum in parte tunc<sup>b</sup> citramontana ultra ceteras<sup>c</sup> penas videlicet excommunicationis, aggravationis, privationis beneficiorum et inhabilitationis ad<sup>d</sup> obtinenda consuevit etiam adici<sup>e</sup> pena pecuniaria solvenda pro parte media Camere apostolice et pro reliqua parte impetranti<sup>f</sup> et in parte ultramontana numquam fuerat<sup>g</sup> apposita talis pena<sup>h</sup> pecuniaria, quid agendum? An ubique<sup>i</sup> talis adici debet pena<sup>j</sup>, si petatur, aut<sup>k</sup> nullibi? An, ubi consuetum est fieri<sup>l</sup> et ubi<sup>m</sup> non omitti<sup>n</sup>?

Videtur<sup>o</sup> dominis, quod monitoria regulariter non sint concedenda<sup>p</sup> et, si in aliquo casu<sup>q</sup> concederentur<sup>r</sup> per dominum nostrum<sup>s</sup>, tunc sine appositione alicuius pene pecuniarie<sup>t</sup> ubilibet.

---

<sup>a</sup> Monitoria - pecuniaria *Wolfenbüttel 361*

<sup>b</sup> tunc *fehlt VL 3983*

<sup>c</sup> ceteras PL 647, VL 4990, München 3871 certas; Paris 14457 certas personas  
<sup>d</sup> ad fehlt PL 647, VL 4990, Wolfenbüttel 361  
<sup>e</sup> adici Paris 14457 addi  
<sup>f</sup> impetranti Hannover 176a, München 97, München 3871, Paris 14457 impetenti  
<sup>g</sup> fuerat Berlin 861, PL 647, VL 4990, Köln 25b, Paris 14457, Wien 5474, Wolfenbüttel 361 fuerit  
<sup>h</sup> pena fehlt Berlin 861, Hannover 176a, Köln 25b, Paris 14457, Wien 5474  
<sup>i</sup> ubique PL 647, VL 3983, VL 4990, Wien 5474, Wolfenbüttel 361 ubilibet  
<sup>j</sup> pena fehlt Berlin 861, PL 647, VL 4990, Hannover 176a, Köln 25b, München 97, München 3871, Paris 14457, Wien 5474  
<sup>k</sup> aut Hannover 176a, Köln 25b, München 97, München 3871, Paris 14457 an  
<sup>l</sup> fieri Paris 14457 sibi debet; Hannover 176a folgt debeat; München 97, München 3871 folgt debet  
<sup>m</sup> ubi Berlin 861, Hannover 176a ibi  
<sup>n</sup> omitti VL 3983, Wolfenbüttel 361 obmitto; PL 647, VL 4990 amitti; Wien 5474 admitti  
<sup>o</sup> Videtur Wien 5474 videbitur  
<sup>p</sup> concedenda München 3871 restringenda  
<sup>q</sup> casu Wolfenbüttel 361 tamen  
<sup>r</sup> concederentur München 3871, Wolfenbüttel 361 concedentur  
<sup>s</sup> per - nostrum fehlt Berlin 861  
<sup>t</sup> pecuniarie Berlin 861 pecuniaria; VL 4990 pecuniarum; Paris 14457 penitentiariae

### 30.

AN RESTITUTIO CONTRA SENTENTIAS IN CURIA CONTENTENTIUM PAPATU LATAS SIT OMNIBUS DANDA<sup>a</sup>.

Quia sepe contingit peti restitutionem<sup>b</sup> contra sententias latas in curia Gregorii<sup>1</sup> post recessum dominorum cardinalium<sup>2</sup> et reponi partes in statu, in<sup>c</sup> quo erant ante recessum predictum, quid faciendum<sup>d</sup>? An<sup>e</sup> simpliciter omnibus concedendum est? An tantum, ubi processum extitit in contumaciam<sup>f</sup> contra absentes, maxime quia<sup>g</sup>, ubi<sup>h</sup> partes ambe intererant agendo et defendendo, vise sunt approbare<sup>i</sup> iurisdictionem etc.<sup>j</sup> nec esse<sup>k</sup>, qui possit conqueri, advertendum in determinatione<sup>m</sup> huiusmodi<sup>n</sup> de statutis<sup>o</sup> in<sup>p</sup> concilio generali?

Videtur prefatis dominis, quod gesta post discessum<sup>q</sup> dominorum cardinalium usque ad sententiam concilii contra defensos sint<sup>r</sup> valida, contra indefensos autem, qui secuti<sup>s</sup> sunt negotium unionis<sup>t</sup> et adhererunt concilio ipso durante, sint nulla.

<sup>1</sup> Gregor XII.

<sup>2</sup> 1408 Mai 11-13, vgl. GIRGENSOHN, Kardinal Antonio S. 182-184.

<sup>a</sup> An - danda Wolfenbüttel 361

<sup>b</sup> restitutionem VL 3983 restitutio

<sup>c</sup> in fehlt Köln 25b, Paris 14457

<sup>d</sup> faciendum Hannover 176a, München 3871, Paris 14457 fiendum; PL 647, VL 4990 folgt est

<sup>e</sup> an München 3871 aut

<sup>f</sup> contumaciam Berlin 861 contrariam

<sup>g</sup> quia fehlt München 97

<sup>h</sup> processum - ubi fehlt Paris 14457; ubi Wien 5474 ibi

<sup>i</sup> approbare Wolfenbüttel 361 approbari



- 
- <sup>j</sup> etc. *fehlt München 97*  
<sup>k</sup> esse *PL 647, VL 4990, München 97 est; Paris 14457 etiam*  
<sup>l</sup> esse qui *München 3871 exequi*  
<sup>m</sup> in determinatione *Wien 5474 determinationem; determinatione München 97 vitone (?); München 3871 declinatione*  
<sup>n</sup> huiusmodi *Berlin 861, Köln 25b, München 97, München 3871, Wien 5474, Wolfenbüttel 361 huius*  
<sup>o</sup> iurisdictionem - *statutis fehlt Hannover 176a; statutis Paris 14457 statu*  
<sup>p</sup> in *Berlin 861 et*  
<sup>q</sup> discessum *PL 647, VL 4990, Hannover 176a recessum; München 97, Wolfenbüttel 361 decessum*  
<sup>r</sup> sint *fehlt Hannover 176a*  
<sup>s</sup> secuti *fehlt Hannover 176a*  
<sup>t</sup> negotium unionis *Paris 14457 bonum unionis et negotium; unionis Wolfenbüttel 361 unius*

### 31.

⟨DE⟩ EXECUTIONE SENTENTIARUM<sup>a</sup>.

Quia sepe petitur, quod sententiarum latorum alias<sup>b</sup> in curia Romana executio<sup>c</sup> committatur alicui ex dominis cardinalibus, auditori<sup>d</sup> sacri Palatii vel alteri<sup>e</sup> in curia residenti per commissionem, ideo, quia registra non possunt haberi, ex quibus executorie conficiantur iuxta morem curie, quid faciendum<sup>f</sup>? Etiam dubium augetur<sup>g</sup>, quia aliter<sup>h</sup> executio fieri<sup>i</sup> non potest et interdum executorie denegantur, quia<sup>j</sup> ex inspectione<sup>k</sup> registrarum apparet de nullitate sententiarum, propter quod<sup>l</sup> non demandantur executioni, quod non potest apparere<sup>m</sup> ex<sup>n</sup> isto casu.

Videtur dominis prefatis, quod executor deputatus in curia facta fide de instrumento sententie et<sup>o</sup> facta informatione summarie<sup>p</sup> de perditione actorum possit ipsam<sup>q</sup> exequi per viam citatorii<sup>r</sup> vel monitorii, in quo tamen pars vocetur.

- 
- <sup>a</sup> ⟨De⟩ executione sententiarum *Wolfenbüttel 361*  
<sup>b</sup> alias *fehlt Paris 14457*  
<sup>c</sup> executio *fehlt München 97*  
<sup>d</sup> auditori *PL 647, VL 3983, VL 4990 auditoribus; Wolfenbüttel 361 auditorum*  
<sup>e</sup> alteri *PL 647, VL 3983, VL 4990, Wien 5474, Wolfenbüttel 361 alicui*  
<sup>f</sup> faciendum *München 3871, Paris 14457 fiendum*  
<sup>g</sup> augetur *PL 647, VL 4990 orietur; VL 3983, Wien 5474, Wolfenbüttel 361 agetur*  
<sup>h</sup> aliter *PL 647, VL 3983, VL 4990, Wien 5474, Wolfenbüttel 361 licet*  
<sup>i</sup> fieri *fehlt Paris 14457*  
<sup>j</sup> iuxta - quia *fehlt München 97*  
<sup>k</sup> inspectione *VL 3983 suspicionem; Paris 14457 dispensatione*  
<sup>l</sup> quod *fehlt München 3871*  
<sup>m</sup> apparere *VL 3983 approbari*  
<sup>n</sup> ex *fehlt PL 647, VL 4990; Hannover 176a, München 97, München 3871, Paris 14457 in*  
<sup>o</sup> sententie et *VL 3983 sive*  
<sup>p</sup> summarie *fehlt München 97; Berlin 861, PL 647, VL 3983, VL 4990, Köln 25b, Wolfenbüttel 361 summatoria; Wien 5474 summatoria*  
<sup>q</sup> *München 97 folgt etiam*  
<sup>r</sup> citatorii *VL 3983, Wien 5474 citationis*

**32.**

Predicta<sup>a</sup> sic voluit observari<sup>b</sup> dominus noster Alexander papa<sup>c</sup> quintus<sup>d</sup> de fratrum consilio et mihi Iohanni<sup>1</sup> episcopo Ostiensi et sancte Romane ecclesie vicecancellario precepit poni in Cancellaria et ibi<sup>e</sup> publicari. Datum Bononie<sup>f2</sup>, III<sup>g</sup> kalendas februarii anno primo<sup>3</sup>.

---

<sup>1</sup> Johannes de Broniaco.

<sup>2</sup> Bologna, Emilia-Romagna, Italien.

<sup>3</sup> 1410 Januar 30.

---

<sup>a</sup> Predicta Paris 1461 Postea

<sup>b</sup> observari Berlin 861, PL 647, VL 3983, VL 4990, Hannover 176a, Köln 25b servare; München 3871, Paris 14457, Wien 5474 servari

<sup>c</sup> papa fehlt Hannover 176a, München 3871

<sup>d</sup> quintus PL 647, VL 4990, Hannover 176a, Köln 25b, Wolfenbüttel 361 V

<sup>e</sup> ibi PL 647 sibi; München 3871 ubi

<sup>f</sup> Bononie fehlt Hannover 176a, München 3871, Paris 14457; Wien 5474 Rome

<sup>g</sup> III Hannover 176a tertio

**33.**

CAUSE PROFANE IN CURIA NON DEBENT COMMITTI<sup>a</sup>.

(1) Quia sepe petuntur<sup>b</sup> committi in curia cause non beneficiales allegando, quod in partibus consequi non possunt iustitie complementum, quid fiendum<sup>c</sup>? Quia<sup>d</sup> de iure communi non debent nisi extra curiam per rescripta apostolica<sup>e</sup> et ubi<sup>f</sup> non potest consequi iustitiam<sup>g</sup> in suis civitate et diocesi, providebit<sup>h</sup> ius, quod in aliis cum clausula debita<sup>i</sup> committantur etc. tamen<sup>j</sup> ad importunam<sup>k</sup> instantiam petentium curia citramontana plerumque committebat etiam contra laicos, quod est durius.

(2) Videtur<sup>l</sup> prefatis dominis, quod cause profane nec in prima instantia nec per appellationem regulariter committantur in curia, nisi magnitudo cause vel alia equitas moveat mentem domini nostri et tunc in consistorio, sed in Italia, ubi persona domini nostri<sup>m</sup> est, facilius committi<sup>n</sup> possunt<sup>o</sup>.

---

<sup>a</sup> Cause - committi Wolfenbüttel 361

<sup>b</sup> petuntur München 3871 committur (!)

<sup>c</sup> fiendum PL 647, VL 3983, VL 4990, Hannover 176a faciendum

<sup>d</sup> Quia fehlt VL 3983

<sup>e</sup> Quia de - apostolica fehlt München 3871, Paris 14457

<sup>f</sup> ubi Berlin 861 ibi

<sup>g</sup> iustitiam PL 647, VL 4990 iustitia

<sup>h</sup> providebit Hannover 176a, München 3871, Paris 14457 providebat

<sup>i</sup> debita fehlt Paris 14457

<sup>j</sup> tamen Hannover 176a cum tamen

<sup>k</sup> importunam Paris 14457 inopportunam

<sup>l</sup> Videtur Wien 5474, Wolfenbüttel 361 Videbatur

15. Juni 2016

<sup>m</sup> et tunc - nostri *fehlt Berlin 861*<sup>n</sup> committi *Hannover 176a concedi*<sup>o</sup> committi possunt *fehlt Paris 14457; possunt München 3871 potest***33K. Johannes Ostiensis**De ista nondum est<sup>a</sup> plene declaratum, Io(hannes) Ostien(sis)<sup>1</sup>.<sup>1</sup> *Johannes de Broniaco.*<sup>a</sup> nondum est *Paris 14457 non fuit***Extravaganten****34.*****Berlin 861, fol. 89v-90v (weder in RL 136-138 noch in RV 339, also ohne Registerüberlieferung!).***

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Petro<sup>1</sup> tituli sancte Susanne presbitero cardinali de Thureyo vulgariter nuncupato apostolice sedis legato extra regnum Francie et in eodem regno eiusdem sedis nuntio cum plena potestate legati a latere destinato, salutem et apostolicam benedictionem<sup>a</sup>. Cum te ad Viennensem<sup>2</sup>, Ebredunensem<sup>3</sup>, Aquensem<sup>4</sup>, Arelatensem<sup>5</sup>, Bisuntinam<sup>6</sup>, Tarantasiensem<sup>7</sup> extra regnum predictum et Bituricensem<sup>8</sup>, Burdegalensem<sup>9</sup>, Lugdunensem<sup>10</sup>, Narbonensem<sup>11</sup>, Tolosanam<sup>12</sup> et Auxitanam<sup>13</sup> provincias et partes ac civitatem et diocesim Aniciensis<sup>14</sup> in dicto regno existentes, exceptis civitatibus, terris et locis carissimo in Christo filio nostro Henrico<sup>15</sup> regi Anglie illustri subiectis, ac civitatem et diocesim Lingonenses<sup>16</sup> in dictis provinciis tuis legationi et nuntiationi per nos, ut prefertur, commissis existentibus, commisso tibi in illis plene legationis officio, pro nonnullis magnis et arduis nostris et

<sup>1</sup> *Petrus de Thureyo.*<sup>2</sup> *Vienne, Rhône-Alpes, Frankreich.*<sup>3</sup> *Embrun, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.*<sup>4</sup> *Aix-en-Provence, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.*<sup>5</sup> *Arles, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.*<sup>6</sup> *Besançon, Franche-Comté, Frankreich.*<sup>7</sup> *Tarantaise, Rhône-Alpes, Frankreich.*<sup>8</sup> *Bourges, Centre-Val-de-Loire, Frankreich.*<sup>9</sup> *Bordeaux, Aquitanien, Frankreich.*<sup>10</sup> *Lyon, Rhône-Alpes, Frankreich.*<sup>11</sup> *Narbonne, Languedoc-Roussillon, Frankreich.*<sup>12</sup> *Toulouse, Midi-Pyrénées, Frankreich.*<sup>13</sup> *Auch, Midi-Pyrénées, Frankreich.*<sup>14</sup> *Le Puy-en-Velay, Auvergne, Frankreich.*<sup>15</sup> *Heinrich IV., 1399-1413 König von England.*<sup>16</sup> *Langres, Champagne-Ardenne, Frankreich.*

15. Juni 2016

Romane ecclesie negotiis ac pro salute et pace principum et magnatum et populorum provinciarum et partium predictarum tamquam par angelum destinemus, circumspectioni tue vigintiquinque beneficia sedi apostolice<sup>b</sup> seu dominationi<sup>c</sup> nostri generaliter seu specialiter reservata et quorum collatio eidem sedi et pro tempore fuerit devoluta, etiamsi dignitates maiores post pontificales aut principales in ecclesiis cathedralibus seu collegiatis elective, personatus, administrationes seu officia existant, postquam terminos tuarum legationis et nuntiationis primo intraveris, vigintiquinque personis idoneis tuis veris et commensalibus familiaribus et aliis, quos duxeris eligendos, etiam uni vel duo similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica obtinenti vel obtinentibus auctoritate nostra conferendi et de illis etiam providendi et inducendi per te vel alium seu alios illos, quibus huiusmodi beneficia duxeris conferenda, vel eorum procuratores in corporalem possessionem beneficiorum predictorum iuriumque et pertinentiarum eorundem eadem auctoritate et defendendi inductas, amotis exinde quibuslibet detentoribus, ac faciendi eosdem vel procuratores eorundem eorum nominibus ad huiusmodi beneficia, ut est moris, admitti sibi que, ut eorum cuilibet de ipsorum redditibus, fructibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integri responderi, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus dictarum ecclesiarum, in quibus huiusmodi beneficia fuerint, contrariis, iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate roboratis<sup>d</sup>, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolice sedis vel legatorum eius litteras impetra-verint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quamlibet sit processum, quibus omnibus personas ipsas in assecutione ipsorum beneficiorum volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si locorum ordinariorum et dilectis<sup>e</sup> filiis capitularum ecclesiarum ipsarum vel quibusvis aliis communiter vel divisim a prefata sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differi et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, ac si dicte persone presentes non fuerint ad prestandum de observandis statutis

15. Juni 2016

et consuetudinibus ipsarum ecclesiarum solita iuramenta, dummodo in absentia sua per procuratores idoneos et, cum ad ecclesias ipsas accesserunt, corporaliter illa presentent, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem, proviso quot fructus beneficiorum ipsorum et alia ex eis indebite percepta seu male detenta vel indebite occupata per personas ipsas, prout eisdem personis erit possibile, Camere apostolice vel collectori fructuum et proventuum eidem Camere debitorum in illis partibus deputato restituantur, ut in subsidium Terre Sancte contra Saracenos, Turcos, Grecos et alios infideles et hereticos ac ecclesie Romane rebelles arbitrio Romani pontificis committantur. Nos enim ex tunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam<sup>f</sup> quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Volumus autem, quod de nominibus et cognominibus personarum, quibus huiusmodi beneficia contuleris, et beneficiorum ac de diebus collationum huiusmodi gentes predictae Camere vel collectores prefatas in illis partibus pro tempore existentes certificare procures. Datum Pisis<sup>17</sup>, V idus iulii pontificatus nostri anno primo<sup>18</sup>.

---

<sup>17</sup> *Pisa, Toskana, Italien.*

<sup>18</sup> *1409 Juli 11.*

---

<sup>a</sup> *am rechten Rand F<Franciscus> de Montepoliciano*

<sup>b</sup> *apostolice Berlin 861 apostolici*

<sup>c</sup> *dominationi Berlin 861 domationi*

<sup>d</sup> *roboratis Berlin 861 roboratas*

<sup>e</sup> *dilectis Berlin 861 delectis*

<sup>f</sup> *a quoquam Berlin 861 aliquam*

### 35.

**Berlin 861**, fol. 90v-92v; **RV 339**, fol. 38r-39v.

Alexander<sup>a</sup> episcopus servus servorum Dei<sup>b</sup>. Ad futuram rei memoriam. Romanus pontifex in specula militantis ecclesie constituti pervigilis pastoris more ab illa dirigere totius diligentie sue curas tenetur<sup>c</sup> assidue, per que status et honor apostolice sedis ac subditorum tranquillitas continue<sup>d</sup> proficere valeant, incrementum et scandalorum ac litigiorum fomenta radicitus exstirpentur. Sane cum a primordiis<sup>e</sup> assumptionis nostre ad apicem summi apostolatus pro pace et tranquillitate nonnullorum regnorum, provinciarum, civitatum atque diocesum et degentium in eisdem quosdam ex venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus<sup>f</sup> in apostolice sedis legatos ac nuntios ad diversas mundi partes providerimus destinandos cum et sub certis facultatibus et presertim de conferendis usque ad certum numerum beneficiis ecclesiasticis sedi apostolice generaliter seu specialiter reservatis et quibusdam aliis nuntiis seu prelatibus et

15. Juni 2016

plerisque in forma expectationum<sup>g</sup> de acceptandis usque ad certum valorem et numerum beneficiis huiusmodi vacantibus seu vacaturis dicte sedi, ut premittitur, reservatis et post acceptationem de ipsis factam vel faciendam sibi provideri faciendi motu proprio seu ad ipsorum instantiam vel alias gratias duxerimus faciendas, prout in facultatibus et gratiis<sup>h</sup> huiusmodi et litteris nostris confectis exinde plenius continetur. Et sicut fidedigna relatione nuper accepimus, in quibusdam partibus regnorum, provinciarum, civitatum et diocesum huiusmodi ex facultatibus et gratiis ipsis oblocutiones contra statum et honorem nostrum et eiusdem sedis eruperint ac iugiter coalescant<sup>i</sup> et, si facultates et gratie huiusmodi suum sortirentur effectum, gravissima possent contra statum et honorem huiusmodi verisimile exoriri discrimina, nos, quorum interest scandalorum materiam amputare ac honori eiusdem sedis utiliter consulere, habentes statum et formam huiusmodi facultatum et gratiarum per eorum qualitates et nomina eorum, quibus facultates ipsas et gratias duximus concedendas, et quecumque indulta, sub quavis verborum forma seu conceptione appareant, hic alias pro sufficienter expressis ac in premissis salubriter providere volentes auctoritate apostolica ex certa scientia de fratrum nostrorum consilio tenore presentium declaramus nostre intentionis fuisse et esse, ut, si in aliquibus indultis, licentiis, facultatibus seu gratiis per nos aut auctoritate nostra concessis, datis aut factis hactenus quibusvis prefate ecclesie cardinalibus, etiam dicte sedis nuntiis aut legatis cum potestate legati de latere vel alias aut aliis quibuscumque personis, etiamsi sint in prelaturis et dignitatibus cardinalatus vel aliis constituti, quomodolibet expressum esset, ut auctoritate prefata aliqua beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura regularia aut secularia vacantia aut vacatura, etiamsi ipsorum aliqua canonicatus et prebende ac dignitates, personatus, administrationes et officia in patriarchalibus, metropolitanis seu cathedralibus maiores post pontificales aut collegiatis ecclesiis principales fuerint, que generaliter vel specialiter eidem sedi reservata existerent, usque ad certum numerum personis idoneis per ipsos eligendis conferre possent et valerent seu per se vel procuratores eorum pro eis aut eorum aliquo illa acceptare sibi que de ipsis provideri facere, etiam usque ad certum declaratum valorem annum seu secundum estimationem decime in huiusmodi facultatibus et gratiis ac litteris huiusmodi super <hoc> inde confectis seu conficiendis in posterum, sub quacumque expressione verborum consistant, plenius denotatum, quod beneficia illa, que per cessum vel decessum aliquorum dicte ecclesie cardinalium seu familiarium nostrorum aut ipsorum cardinalium vel alicuius eorundem seu officialium nostrorum et eiusdem sedis, ac etiam illa, que apud sedem eandem vel in curia Romana hactenus vacavissent aut vacarent in posterum, nec non et illa, de quibus<sup>j</sup>

15. Juni 2016

providissemus seu provideri mandaverimus aut per nos vel auctoritate nostra contingeret in posterum quomodolibet provideri sive de providendo mandari et provisio effectum casu aliquo sortita non fuerit, que ex nunc per<sup>k</sup> nostre manus appositionem dispositioni apostolice<sup>l</sup> sedis affecta et specialiter reservata declaramus atque decernimus, in et sub huiusmodi facultatibus, licentiis, expectativis gratiis aut litteris ipsis nullatenus comprehenderentur aut comprehendi vel venire potuissent seu possent sive ad ea aut eorum aliquod facultates vel gratias huiusmodi debuissent extendi seu etiam debere. Et similiter, quod, si cui ex ipsis cardinalibus, quod usque ad numerum viginti quinque<sup>m</sup> beneficiorum reservatorum, ut premittitur, ea conferre personis idoneis per ipsos, ut prefertur, eligendis valerent, per nos fuisset concessa vel attributa<sup>n</sup> facultas ad hoc, ut super valore seu qualitatibus ipsorum beneficiorum nulla possit hesitatio de cetero suboriri, quod decem dumtaxat beneficia de numero dictorum viginti quinque<sup>o</sup>, quorum fructus secundum communem estimationem valorem annum summam centum florenorum auri, reliqua vero quindecim<sup>p</sup> quinquaginta florenorum similem valorem non excederent, sub huiusmodi facultatibus et gratiis dumtaxat venisse comprehendi et intelligi deberent et non alio<sup>q</sup> quovis modo, decernentes ex nunc, prout est, irritum et inane, si secus<sup>r</sup> super hiis a quoquam et quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan est hactenus vel in posterum contigerit quomodolibet<sup>s</sup> attemptari, ac processus habitos et habendos etiam super hiis et contenta in eis et inde secuta scientia et auctoritate predictis harum serie cassamus, irritamus ac viribus protenus evacuamus et nullius esse decernimus roboris vel momenti, que omnino haberi volumus pro infectis, concessionibus, facultatibus, gratiis ac indultis huiusmodi et aliis, que in ipsis litteris voluimus non obstare, non obstantibus quibuscumque. Predicta vero, que de beneficiis familiarium cardinalium dicta sunt, non vendicent sibi locum in beneficiis familiarium domesticorum et actu continuorum commensalium illorum cardinalium, quibus de conferendis beneficiis vacantibus seu vacaturis suorum familiarium per nos concessa fuisset auctoritas vel facultas, que conferre valeant iuxta suorum exigentiam facultatum eorum legatione seu nuntiatione durante, dummodo alias quam ratione familiaritatis cardinalatus huiusmodi ipsorum beneficia non essent prefate sedi generaliter vel specialiter reservata. Quo casu sub illorum facultatibus nullatenus includantur aut inclusa censi debeant vel haberi, sed dispositioni ac provisioni dumtaxat eiusdem sedis - premissis et aliis contrariis nequaquam obstantibus - affecta remaneant et specialiter reservata. Nulli ergo etc. nostre declarationis, cassationis,



15. Juni 2016

irritationis, constitutionis, voluntatis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Pistorii<sup>1</sup>, XVI kalendas ianuarii pontificatus nostri<sup>t</sup> anno primo<sup>2</sup>.

M<arinus> de Guadagnis<sup>3</sup>.

---

<sup>1</sup> *Pistoia, Toskana, Italien.*

<sup>2</sup> *1409 Dezember 17.*

<sup>3</sup> *Marinus de Guadagnis.*

---

<sup>a</sup> *RV 339 am Kopf links F<ranciscus> de Montepoliciano (= Bartholomeus Francisci de Ragazzis de Montepoliciano) und rechts De curia; Berlin 861 am linken Rand De curia, F<ranciscus> de Montepoliciano*

<sup>b</sup> *episcopus - Dei RV 339 etc.*

<sup>c</sup> *tenetur Berlin 861 tenere*

<sup>d</sup> *continue RV 339 continuis*

<sup>e</sup> *primordiis Berlin 861 primordio*

<sup>f</sup> *cardinalibus Berlin 861 cardinales*

<sup>g</sup> *expectationum Berlin 861 expectationis*

<sup>h</sup> *gratiis Berlin 861 gratias*

<sup>i</sup> *coalescant Berlin 861 callescant*

<sup>j</sup> *quibus Berlin 861 quo*

<sup>k</sup> *per Berlin 861 pro*

<sup>l</sup> *apostolice Berlin 861 prefate*

<sup>m</sup> *viginti quinque Berlin 861 XXV*

<sup>n</sup> *attributa Berlin 861 tributa*

<sup>o</sup> *viginti quinque Berlin 861 XXV*

<sup>p</sup> *quindecim Berlin 861 XV*

<sup>q</sup> *alio Berlin 861 alia*

<sup>r</sup> *Berlin 861 folgt vel aliter*

<sup>s</sup> *quomodolibet fehlt Berlin 861*

<sup>t</sup> *pontificatus nostri fehlt RV 339*



## 36.

*Berlin 861, fol. 114v-115r.*

Iohannes<sup>1</sup> miseratione divina episcopus Ostiensis sancte Romane ecclesie cardinalis et vicecancellarius intimamus, precipimus et mandamus de mandato sanctissimi domini nostri Alexandri pape quinti vive vocis oraculo nobis facto omnibus et singulis scriptoribus et abbreviatoribus et aliis quibuscumque minutas vel grossas litterarum apostolicarum gratiam vel iustitiam continentes expedientibus sub pena suspensionis ab officio per mensem, quatenus in expeditione dictarum minutarum vel litterarum sequantur regulas et constitutiones super hoc factas et datas in Cancellaria per bone memorie dominum Iohannem papam XXII, Benedictum XII, Clementem VI, Innocentem VI, Urbanum V et Gregorium XI predecessores suos, quas valere voluit, quamdiu ecclesie regimini<sup>a</sup> presidebit, quantum<sup>b</sup> non reperirentur contrarie vel adverse. Quo casu vult posteriores prevalere, quousque aliud addendo vel detrahendo duxerit ordinandum, preterquam in constitutionibus reservationes concernentibus, quibus ad presens non vult uti, nisi in casibus contentis in extravaganti „Ad regimen<sup>2</sup>“ Benedicti XII. Vult etiam et districtius precipit constitutiones per Gregorium XI<sup>3</sup> et alios predecessores factas, que Audientiam causarum concernunt<sup>4</sup>, et constitutiones, que concernunt taxas bullarum et registri<sup>5</sup>, ac etiam constitutionem Bonifatianam, que incipit „Excommunicamus<sup>6</sup>“, contra simoniacos editam inviolabiliter observari. Datum Pisis<sup>7</sup> in domo, XXVII mensis augusti anno millesimo CCCCIX, pontificatus dicti domini anno primo<sup>8</sup>.

---

<sup>1</sup> Johannes de Broniaco

<sup>2</sup> = Benedikt XII. Nr. 35B.

<sup>3</sup> = Gregor XI. Nr. 86.

<sup>4</sup> = Johannes XXII. Nr. 47.

<sup>5</sup> = Johannes XXII. Nr. 52, 75-77.

<sup>6</sup> Extravag. com. 5.10.1.

<sup>7</sup> Pisa, Toskana, Italien.

<sup>8</sup> 1409 August 27.

---

<sup>a</sup> regimini *Berlin 861* regimen

<sup>b</sup> quantum *Berlin 861* quantus

15. Juni 2016

**37.****RV 339**, fol. 89v-90v; **Druck**: BR 4 S. 655f. Nr. 1.

Alexander<sup>a</sup> episcopus servus servorum Dei<sup>b</sup>. Ad futuram rei memoriam. Ex iniuncto nobis desuper onere ministerii pastoralis, ad illa libenter intendimus, per que animarum periculis, ecclesiarum et monasteriorum dispendiis obvietur. Sane ad audientiam nostram fidedignorum nuper relatione perducto nonnullos ad patriarchales, metropolitanas, episcopales, abbatiales et alias dignitates spirituales tam regulares quam seculares promotos seu, de quibus per nos aut auctoritate nostra predictis ecclesiis, monasteriis sive prioratibus conventualibus hactenus quomodolibet provisum fuit, in expeditione litterarum apostolicarum super provisionibus sibi factis negligentes in grave huiusmodi preiudicium, dispendium et gravamen existere, quosdam vero ex predictis, quod deterius arbitramur, absque huiusmodi litteris ceca ductos cupidine ac in sue salutis interitum ad ecclesias, monasteria et prioratus eis collata preter et contra stilum et morem Romane curie hactenus laudabiliter observatos ac etiam contra prohibitionem felicitis recordationis Bonifacii VIII predecessoris nostri, que incipit „Iniuncte<sup>1</sup>“, accedere presumpsisse ac ecclesiarum, monasteriorum et prioratum huiusmodi regimini, gubernationi et administrationi se etiam ingessisse ac immiscuisse et ingerere ac se immiscere damnabiliter etiam de presenti. Nos cupientes huiusmodi damnis instantibus et futuris remedium adhibere, premissis et nonnullis aliis rationabilibus<sup>c</sup> causis ad hoc nostrum moventibus animum ac de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio auctoritate apostolica et ex certa scientia presenti constitutione statuimus atque decernimus, quod omnes et singuli patriarche, archiepiscopi, episcopi, electi, administratores, commendatarii, abbates et priores huiusmodi, de quibus per nos aut auctoritate nostra hactenus alicui patriarchali, metropolitane vel episcopali ecclesiis aut monasteriis seu prioratibus conventualibus etiam in administrationem vel commendam provisum extitisset et eorum litteras usque ad totalem expeditionem ac receptionem earundem litterarum inclusive expediri hactenus non fecissent, sub pena privationis ecclesiarum, monasteriorum et prioratum huiusmodi et omnis iuris eis ex provisionibus predictis quomodolibet acquisiti, quam quemlibet negligentem incurrere volumus eo ipso, et que ecclesias, monasteria ac prioratus negligentium premissa ad effectum perducere ex nunc prout ex tunc prefata auctoritate vacare et apostolice sedis dispositioni specialiter

---

<sup>1</sup> *Extravag. com. 1.3.1.*

15. Juni 2016

reservata declaramus et decernimus. Teneantur et debeant litteras huiusmodi super provisionibus ipsis per se vel alios usque ad prefatam earundem totalem expeditionem ac receptionem, ut premittitur, inclusive expediri fecisse infra annum a data huiusmodi provisionis facte continue computandum. Illi vero, de quibus provideri contigerit quomodolibet in futurum ecclesiis, monasteriis aut prioratibus huiusmodi seu alicui eorundem, pena simili et quam, ut prefertur, incurrant, etiam infra annum a die provisionis faciende continue computandum, similiter teneantur et debeant litteras ipsas etiam usque ad predictam totalem expeditionem et receptionem inclusive expediri fecisse et interim sub eadem pena per se vel alios absque litteris provisionum in forma de regimine, gubernatione seu administratione vel quasi ecclesiarum, monasteriorum, prioratum predictorum vel alicuius eorum sive bonorum eorundem in spiritualibus vel temporalibus nullatenus se ingerere vel aliter immiscere aut super hiis vel eorum aliquo seu dependentibus vel connexis iurisdictionem aliquam quomodolibet exercere presumant, ceteris quoque penis contra predictos ab iure vel ab homine etiam ratione negligentie muneris consecrationis non susceptae statutis aut inflictis et aliis in suo robore permansuris, irritum et inane censentes ex nunc, si secus vel aliter super hiis a quoquam et quavis auctoritate scienter vel ignoranter in posterum contigerit quomodolibet attemptari. Nulli ergo omnino etc. nostrorum statuti, decreti, declarationis, reservationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Bononie<sup>2</sup>, IIII nonas aprilis anno primo<sup>3</sup>.

Die veneris XVIII aprilis<sup>4</sup> de mane in Camera apostolica fuit datum in mandatis Angelo de Neapoli<sup>5</sup> cursori, quod huiusmodi bullam affigeret in valvis ecclesie sancti Petronii Bononiensis, qui in vespero retulit mihi ita fecisse, et in crastinum affixa fuit in valvis Palatii apostolici usque ad horam tertiarum, referente Io. Gauteroni cursore. P(etrus) de Trilhia<sup>6</sup> manu propria<sup>d</sup>.

---

<sup>2</sup> *Bologna, Emilia-Romagna, Italien.*

<sup>3</sup> *1410 April 2.*

<sup>4</sup> *1410 April 18.*

<sup>5</sup> *Angelus de Neapoli.*

<sup>6</sup> *Petrus de Trilhia.*

---

<sup>a</sup> *RV 339 am Kopf links F. de Montepoliciano und rechts De curia*

<sup>b</sup> *episcopus - Dei RV 339 etc.*

<sup>c</sup> *rationabilibus RV 339 rationalibus*

<sup>d</sup> *Die - propria RV 339 am linken Rand*

**Indice 323**, fol. 146r; **Teildruck**: HOFMANN, *Forschungen* 2 S. 3 Nr. 9 (mit Datum 1409 September 9).

(1) Petro<sup>1</sup> episcopo Faventino et Thoma<sup>2</sup> de Spina apostolice Camere clerico in officio supplicationum registratoribus distincte precipit et mandat, ut de supplicationibus et rotulis universis, que, postquam manu pontificis signate sunt, ad eorum officium transmissae sunt vel transmittentur, tam vigilem faciant custodiam adhibere, ne nihil ex eis transire valeat in sinistrum neque ullum sumptum ad Cancellariam de cetero transmittere vel fieri facere presumant, quamdiu supplicationis vel rotuli, de quibus huiusmodi sumpta faciunt, mentionem apud illos vel in dicto officio remanserit, quod, si secus factum fuerit, sumptis huiusmodi nullam fidem debere adhiberi decrevit. Precepit igitur illis, ut predictas supplicationes et rotulos, postquam ad officium ipsorum cum signatione sua videlicet Alexandri pontificis et appositione date dilata fuerint, adeo sollicite in registris redigi faciant et ad Cancellariam vel aliis, quibus pro ipsis forsitan distincte existerent, fideliter destinari, ut exinde pauperes et impetrantes alii non **trascinantur (?)** et super concessis gratis bulle celeriter valeant expediri. Datum Pisis, tertio decimo kalendas octobris anno primo<sup>3</sup>, pagina 291 (de curia anno primo tomo 4).

---

<sup>1</sup> *Petrus de Pago.*

<sup>2</sup> *Thomas de Spinis.*

<sup>3</sup> *1409 September 19.*

(2) Iohanni<sup>1</sup> episcopo Ostiensi sancte Romane ecclesie vicecancellario intimavit decretum supradictum contra regtratores, ut illud faceret in Cancellaria inviolabiliter observari. Datum ut supra<sup>2</sup>, pagina 292.

---

<sup>1</sup> *Johannes de Broniaco.*

<sup>2</sup> *1409 September 9.*

## 39.

**BL 2651**, fol. 66r-77v; **VL 4736**, fol. 70r-86v; **Druck:** GATTICO, *Acta selecta* S. 263-273 (nach VL 4736); *MURATORI, Scriptores* 3/2, Sp. 809C-824C (nach VL 4736); **Teildruck:** GÖLLER, *Kubikulare* S. 645-646. OL 1853, fol. 2r-17r, vom Ende des 16. Jahrhunderts folgt ebenfalls VL 4736 und wurde hier nur für (1)-(10) beigezogen.

AVISAMENTA PRO REGIMINE ET DISPOSITIONE OFFICIARIORUM IN PALATIO DOMINI NOSTRI PAPE<sup>a</sup>.

(1)<sup>b</sup> Sequendo antiquas observantias summorum pontificum circa eorum familiares et officarios ponuntur<sup>c</sup> aliqua avisamenta<sup>d</sup> pro regimine et dispositione officiariorum et aliorum obsequentium domino nostro<sup>e</sup> pape in suo Palatio.

---

<sup>a</sup> Avisamenta - pape VL 4736

<sup>b</sup> (1) fehlt BL 2651

<sup>c</sup> ponuntur *MURATORI* provinciae

<sup>d</sup> *MURATORI* folgt ponam

<sup>e</sup> domino nostro *MURATORI* domini nostri

(2)<sup>a</sup> Primo ipse dominus noster papa habet sibi eligere cubicularios. Et isti sunt in triplici differentia, nam aliqui prelati et alii viri auctoritatis ponuntur causa cuiusdam honoris, qui, licet claves<sup>b</sup> habeant camerarum, tamen in cameris non dormiunt nec faciunt familiaria et domestica servitia pertinentia ad officium cubiculariorum nec eisdem negotia secreta vel ponderis committuntur, sed dumtaxat ipsi et eorum parentes in illo officio honorantur.

---

<sup>a</sup> (2) fehlt BL 2651

<sup>b</sup> claves VL 4736 clavos

(3)<sup>a</sup> Alii prelati cubicularii magis domestici et familiares summo pontifici, qui licet non dormiunt in camera pape, tamen dicunt horas<sup>b</sup> cum eo et obsequuntur eidem, dum lectum intrat et de eo surgit, serviunt sibi in missis et aliis divinis officiis, prout placet sue sanctitati aliquem vel aliquos ex eis ad hoc eligere. Et istis solet etiam committere nonnulla negotia ultra obsequia camere, que explicabuntur, quando placebit domino nostro. Et isti possunt esse quattuor, plures vel pauciores, prout placet summo pontifici. Quorum I<sup>c</sup> vel<sup>d</sup> immediate sequenti solet committi datatio<sup>e</sup> supplicationum signatarum. Isti etiam et sequentes de mandato domini solent supplicationes, que sue sanctitati presentantur, recipere, quando hoc expresse precipit, et de earum expeditione dominum nostrum sollicitare, ita quod sunt quasi secreti referendarii.

---

<sup>a</sup> (3) fehlt BL 2651

- 
- <sup>b</sup> horas VL 4736 homo  
<sup>c</sup> | VL 4736, *MURATORI* uni  
<sup>d</sup> VL 4736 folgt de  
<sup>e</sup> datatio *MURATORI* cura

(4)<sup>a</sup> Sunt et alii non prelati, qui omnia domestica obsequia solent exhibere summo pontifici et in sua camera dormire. Et isti sunt quandoque duo, quandoque tres, quandoque quatuor, secundum quod placet summo pontifici, sed numerus paucus semper reputatus fuit expedientior.

---

<sup>a</sup> (4) fehlt BL 2651

(5)<sup>a</sup> Sciendum est autem, quod dominus noster suis cubiculariis<sup>b</sup> prelatiis et aliis, secundum quod cognoverit personarum conditionem exposcere, debet committere sequentia<sup>c</sup>:

- 
- <sup>a</sup> (5) fehlt BL 2651  
<sup>b</sup> cubiculariis VL 4736 cubicularum  
<sup>c</sup> debet - sequentia *MURATORI* committit

(6)<sup>a</sup> Primo, uni ad hoc idoneo et experto custodiam litterarum missivarum et aliarum secretarum, que sue sanctitati diriguntur, qui ad relevandum labores sue sanctitatis debeat ipsarum litterarum effectum referre et instare, quod responsio fiat, si et quando et quibus fienda fuerit, quique<sup>b</sup> talis sit sufficientie, quod ipsarum litterarum nullam, que aliquid<sup>c</sup> importet, perdat, sed eandem, quando ab ipso requiretur<sup>d</sup>, in promptu reperire sciat et exhibere, et idem<sup>e</sup> de scripturis aliis, que sue custodie committentur.

- 
- <sup>a</sup> (6) fehlt BL 2651  
<sup>b</sup> Quique *MURATORI* Qui  
<sup>c</sup> aliquid VL 4736 aliquam  
<sup>d</sup> requiretur *MURATORI* requirat  
<sup>e</sup> *MURATORI* folgt facere

(7)<sup>a</sup> Item alii committat<sup>b</sup> custodiam omnium iocalium suorum, videlicet auri, argenti, anulorum et aliorum, que non solent committi custodie officiorum publicorum Palatii, prout, si opus fuerit, hec declarabuntur.

- 
- <sup>a</sup> (7) fehlt BL 2651  
<sup>b</sup> committat *MURATORI* committit

(8)<sup>a</sup> Item alteri est committenda custodia omnium vestium laneorum et corporis ipsius domini nostri et etiam folratarum<sup>b</sup>. Qui etiam habeat sollicitudinem erga camerarium et thesaurarium de vestibus novis fiendis, quando opus erit.

---

<sup>a</sup> (8) fehlt BL 2651

<sup>b</sup> folratarum VL 4736, *Muratori* foliatarum

(9)<sup>a</sup> Item alteri est committenda custodia totius lini<sup>b</sup> pertinentis ad personam et cameram ipsius domini nostri. Et quid isti incumbit<sup>c</sup>, declarabitur verbo magis specificice, si opus fuerit.

---

<sup>a</sup> (9) fehlt BL 2651

<sup>b</sup> linei VL 4736, *Muratori* ligii

<sup>c</sup> incumbit VL 4736 incumbat

(10)<sup>a</sup> Item sciendum est<sup>b</sup>, quod III<sup>c</sup> supra proxime scripti<sup>d</sup> debent de omnibus, que recipiunt, inventarium facere clarum et distinctum, per quod ipsum dominum nostrum vel eos, quibus commiserit, valeant de receptis, expensis et traditis distincte et veraciter certificare.

---

<sup>a</sup> (10) fehlt BL 2651

<sup>b</sup> est fehlt VL 4736, *MURATORI*

<sup>c</sup> III OL 1853 tres; *MURATORI* in

<sup>d</sup> scripti *MURATORI* scriptum

(11) Item alii est committenda custodia confectionum et quarumcumque aliarum specierum medicinalium tangentium personam<sup>a</sup> domini pape vel alias ad cameram suam pertinentium<sup>b</sup>. Et iste debet specificice in uno libro scribere, quantum et qua die recepit, et de sua recepta gentes Camere per dictum librum certificare, ut sic veraciter sciant, de quo et quanto debent cum apothecario tradente rationem facere.

---

<sup>a</sup> VL 4736 folgt dicti

<sup>b</sup> pertinentium *MURATORI* pertinentem

(12) Iste autem debet custodire drageria et platos, in quibus domino nostro, dominis cardinalibus et aliis species solent dari. Debet etiam habere tohalias et longerias pulcras et mundas necessarias ad dandum ipsas species.

(13) Item sciendum, quod cubicularii non prelati solent habere in Palatio expensam<sup>a</sup> victus pro se et ad plus pro duobus servitoribus.

---

<sup>a</sup> expensam *MURATORI* expensas

(14) Prelati vero cubicularii, referendarii vel alii, licet habeant cameras in Palatio, solent servire summo pontifici suis expensis, nisi eorum prelature adeo essent tenues, quod dominus noster mandaret per magistrum hospitii eisdem provideri. Tanta namque sunt onera sue sanctitati incumbentia et tot quasi ubique in iuribus et emolumentis sue Camere impedimenta apposita, quod per suos servitores debet, quantum commode fieri potest, ab onere expensarum relevari.

(15) Item sciendum, quod pro servitio camerarum domini nostri solent recipi unus vel duo ad plus servitores inferioris conditionis, qui debent ad mandatum cubiculariorum mundare cameras, ligna apportare pro igne fiendo, quando opus est, et alia obsequia facere, que non oportet scriptura explicare ut puta tellas perforatas mundas tenere etc.

(16) Item sciendum non decere secundum antiquas observantias summum pontificem habere laicos sive clericos in habitu laicali in camera sua nec ipsius claves portare, sed dumtaxat tales, qui habitu, gestu et verbo nedum ecclesiasticos, sed religiosos se ostendant.

(17) Item, quod talis sint conditionis, quod de eis in omnibus et per omnia habeat illam plenam confidentiam, que requiritur in eo vel in eis, cui vel quibus persona<sup>a</sup> sua conservanda committitur<sup>b</sup>.

---

<sup>a</sup> in eo - persona *fehlt VL 4736; MURATORI* dum

<sup>b</sup> committitur *MURATORI* illis committit

(18) Item sciendum, quod inter cameras domini nostri numeratur camera paramenti, in qua tamen dormire non consuevit, sed in eadem audientias dare, prandere vel cenare, prout habet congruentia loci et temporis et placet sue sanctitati. Et in eadem solent recipi domini cardinales et alie persone notabiles venientes ad Palatium ibidem expectantes, quod presentiam domini habere possint. Et in ista camera paramenti vocata solent dumtaxat poni duo ostiarii, qui debent esse viri honesti, fidati et alias virtuosus, qui debent dormire in ipsa camera paramenti pro securiori custodia et promptiori obsequio persone domini nostri<sup>a</sup>. Officium autem istorum duorum solet esse boni et magni emolumenti, prout<sup>b</sup> declarabitur, si opus fuerit, et communiter solent esse laici.

---

<sup>a</sup> *MURATORI* folgt pape

<sup>b</sup> prout *MURATORI* ut postea



(19) Item solent summi pontifices in numero, de<sup>a</sup> quo eis placet, referendarios sibi eligere prelatos seu alios<sup>b</sup> eminentis scientie, probitatis et experientie in factis curie Romane, quorum unus dumtaxat communiter solet cameram in Palatio apostolico habere. Si autem sit prelatos vel alias pinguius beneficiatus, non consuevit de Palatio provisionem habere.

---

<sup>a</sup> de *fehlt MURATORI*

<sup>b</sup> alios *VL 4736 alie*

(20) Ad horum autem officium, quid pertinet, non exprimitur, quia satis notorium est.

(21) Item sciendum, quod in Palatio apostolico solet esse et stare magister hospitii, qui debet esse vir bone auctoritatis et talis, quod veneratur ab officiariis Palatii, quique sciat recolligere homines status et honoris, quando per dominum nostrum invitantur, vel alias, prout decet ipsius domini nostri honorem et statum.

(22) Ad istius autem officium pertinet scire a domino nostro singulis noctibus, si in crastinum aliquos et quos ad prandium invitaverit, ad finem quod cum<sup>a</sup> officiariis taliter disponat, quod debite et honeste eisdem serviant secundum condecenciam personarum. Debet etiam horis debitis pro prandio et cena, claudendo Palatium, campanam pulsari facere. Cum autem ipsum Palatium de nocte clausum est per ostiarios, ad quos pertinet, debent claves portare ad cameram dicti magistri hospitii. Quando vero dominus noster prandet, debent ipsas claves ante ipisus mensam<sup>b</sup> ponere, quandoque etiam camerario ibidem prandenti ipsi claves traduntur.

---

<sup>a</sup> cum *fehlt VL 4736*

<sup>b</sup> mensam *VL 4736 mensem*

(23) Item singulis noctibus debet ab omnibus officiariis Palatii, qui aliquam faciunt expensam, requirere cedula de expensa per eos facta, quam, si rationabilem invenerit, ipsam cedula debet signare, alias eam emendari facere. Si enim expensor vel alius similis poneret se expendisse illa die X, XV vel XX<sup>a</sup>, de quibus verisimiliter sibi non appareat, non debet cedula admittere, sed veritatem inquirere. Omnes autem cedulas qualibet septimana vel saltem singulis mensibus debet gentibus Camere in thesauraria assignare, ut illas videant, examinent et in libris per notarium Camere conscribi faciant, prout<sup>b</sup> hactenus moris fuit.

---

<sup>a</sup> vel XX VL 4736, *MURATORI* XX vel XXV

<sup>b</sup> VL 4736 folgt ut

(24) Item, quia magistri hospitii ut<sup>a</sup> plurimum non fuerunt periti litterarum, conveniens est, quod ipse magister hospitii habeat unum clericum, qui sciat legere, intelligere et cognoscere cedulas, de quibus supra mentio fit. Debet etiam habere alios servitores in numero et quantitate, quibus placet summo pontifici, pensatis statu et conditione ipsius magistri, qui pro se et supradictis clerico et servitoribus habere consuevit victum in Palatio.

---

<sup>a</sup> ut VL 4736 aut

(25) Item sciendum, quod ipse magister hospitii debet habere in Palatio cameram honestam et talem, quod, si et quando dominus noster alicui militi vel alteri valenti persone, cui in sua collatione loqui voluerit, dicat „Remaneas in prandio et prande cum magistro hospitii“, ut in ipsa camera eundem<sup>a</sup> decenter recipere valeat.

---

<sup>a</sup> in ipsa - eundem *MURATORI* ipsum in camera

(26) Item, quando pro prandio et cena per coquos traduntur cibaria scutiferis honoris domini nostri, debet presens esse videreque, qualiter fit proba et platos seu scutellas, in quibus sunt dicta cibaria. Debet assignare ipsis scutiferis, prout eidem visum fuerit, et plenius verbo declarabitur, si opus fuerit. Ipse vero, si alius, cui<sup>a</sup> honor ille debeatur, presens non<sup>b</sup> fuerit, debet ante cibaria probam portare.

---

<sup>a</sup> alius cui VL 4736 illius cur (!); *MURATORI* illius curae

<sup>b</sup> non *fehlt MURATORI*

(27) Item debet frequenter officarios et loca officiariorum personaliter<sup>a</sup> visitare, ut videat et sciat, qualiter quilibet in officio sibi commissio se habet qualiterque<sup>b</sup> per ipsos officarios ordinantur et in quo loco custodiuntur ea, que concernunt personam domini nostri, que sic sub clausura teneri debent, quod nulli extraneo facultas sit illa tegendi<sup>c</sup> vel in eis malignandi.

---

<sup>a</sup> personaliter *fehlt VL 4736, MURATORI*

<sup>b</sup> qualiterque VL 4736, *MURATORI* qualitercumque

<sup>c</sup> tegendi VL 4736 tengendi; *GATTICO, MURATORI* tangendi

(28) Item debet esse attentus, quod in Palatio non fiant ludi vel clamores inhonesti et, si quos ipsius Palatii officarios vel alios servitores inferioris conditionis reperit inhoneste

incedentes vel loquentes et signanter si Deum vel sanctos blasphemant, debet eosdem fortiter redarguere.

(29) Item ad officium suum pertinet, quando alius maior presens non est, aquam domino nostro<sup>a</sup> ante et post prandium seu cenam dare.

---

<sup>a</sup> VL 4736 dominus noster

(30) Item, quando mensa, in qua comedit dominus noster, levata est, statim debet ipse<sup>a</sup> magister hospitii ad ipsum in sua cathedra sedentem accedere genu flexo, mantellum et roquetum bene ordinare<sup>b</sup>, et deinde se retrahere.

---

<sup>a</sup> ipse VL 4736 esse

<sup>b</sup> ordinare VL 4736 ordinate

(31) Alia multa incumbunt dicto officio nimis prolixa ad scribendum, sed verbo explicabuntur, quando opus erit.

(32) Item summi pontifices pro suo servitio consueverunt scutiferos honoris habere. Et istorum non est numerus determinatus, quia multi recipiuntur potius causa honoris quam obsequii per eos prestandi. Solitum est tamen, quod de et inter tot summus pontifex eligit certos idoneos et fidatos, qui continue eidem habeant servire. Et possent sufficere, si essent octo vel decem, quorum unus ad hoc idoneus coram eo precipit<sup>a</sup>, alius vero de vino et aqua serviat, ceteri autem cibaria portent. Et isti octo vel decem sic electi debent in Palatio victum habere vel stipendia in libris Camere contenta recipere.

---

<sup>a</sup> precipit BL 2651, VL 4736 precipitant

(33) Item sciendum, quod unus istorum solet esse magister palafrenarie.

(34) Item, quando papa equitat, duo ex eis solent ante eum cappellos rubeos portare.

(35) Item semel vel bis in anno, Camera tamen abundante, debent eisdem vestes tempori congruentes per dominum nostrum dari.

(36) Ipsi autem non consueverunt cameras in Palatio apostolico habere, nisi alia haberent officia, que hoc requirerent.

(37) Alii autem scutiferi honoris non sic electi, quando in festivitibus vel alias ad Palatium veniunt vel eorum alter, non debent reici, sed per magistrum hospitii honorari et eis<sup>a</sup> **tollo-**  
**nus**<sup>1</sup> per alios scutiferos solitus portari tradi et etiam aliquis platus de cibariis domini nostri. Debet esse tamen ipse magister multum attentus, quod nulli suspecto tradat<sup>b</sup> aliqua cibaria coram domino nostro apponenda.

---

<sup>1</sup> *DU CANGE, Glossarium 8, S. 118: tollenum = Schöpflöffel; laut GATTICO ein Kleid.*

<sup>a</sup> eis fehlt VL 4736, MURATORI

<sup>b</sup> tradat MURATORI tradantur

(38) Item dicti scutiferi honoris numquam debent se exhibere in conspectu pape nisi in vestibus honestis.

### Panateria<sup>a</sup>

---

<sup>a</sup> Panateria BL 2651, VL 4736, MURATORI

(39) Item in Palatio apostolico sunt officia sequentia, quibus dominus debet providere de personis idoneis pro ipsorum officiorum exercitio, que quidem persone debent residere in Palatio.

(40) Primo est officium panaterie, in quo solent poni duo presbiteri vel ecclesiastici honesti et experti ad ea, que concernunt officium. Vocantur panaterii magistri, et istorum quilibet debet habere duos servitores, unum<sup>a</sup>, qui sibi dabitur<sup>b</sup> per dominum nostrum seu de eius mandato. Et iste vocatur officarius, alium vero recipit pro libito sue voluntatis.

---

<sup>a</sup> unum fehlt MURATORI

<sup>b</sup> dabitur MURATORI dabuntur

(41) Ad istorum vero officium pertinet recipere a furnerio Palatii totum panem, qui in Palatio expenditur. Et ipsius panis fidelis et vera expensa et distributio debent etiam ipsi magistri alternatis septimanis cum magna diligentia facere et ordinare cabacium<sup>a</sup> domini nostri, mapas, longerias et alia pertinentia ad ipsius domini nostri mensas mundas tenere et mensam coperire, quando campana pulsata est pro prandio vel cena.

---

<sup>a</sup> cabacium MURATORI cibarium

(42) Item cutellos, furchetas, salinam<sup>a</sup> et cifforia, scutellas sive tasseas ordinatas ad serviendum de fructibus et alia decentia ad cabacium<sup>b</sup> domini nostri custodire.

---

<sup>a</sup> salinam VL 4736 salmam

<sup>b</sup> cabacium MURATORI cibarium

(43) Item fructus emere et de ipsis servire.

(44) Item omnes mapas et longerias pro servitio Palatii ministrare et custodire.

(45) Item, quando dominus noster prandet vel cenat, alter dictorum magistrorum debet stare ad buffetum pro ipso domino nostro ordinatum, tradere et portare ac ministrare scuti-fero precidenti<sup>a</sup> ea, que ad ipsius panaterii pertinent officium.

---

<sup>a</sup> precidenti BL 2651, VL 4736 precidenti

(46) Item ipsi panaterii debent omnibus, qui in Palatio victum seu provisionem recipiunt, panem congruis horis ministrare et de eo hospitibus invitatis, sive in presentia domini nostri sive alibi manducant, decenter serviri facere.

(47) Item in sollempnitatibus, quando potus est in aula, dicti panaterii debent longerias mundas, quando domino nostro<sup>a</sup> species portantur, ante dominos cardinales ponere.

---

<sup>a</sup> domino nostro fehlt VL 4736, MURATORI

(48) Item dicti magistri panaterii singulis noctibus debent tradere magistro hospitii cedulam seu cedulas continentes expensam panis, fructuum et aliorum per eos illa die factam<sup>a1</sup>.

---

<sup>1</sup> Vgl. etwa ASV Instr. Misc. 3856 Cedulae panatariae de mense maii (et octobris) 1407.

---

<sup>a</sup> Layoutendnote

### Buticularia<sup>a</sup>

---

<sup>a</sup> Buticularia BL 2651, VL 4736, MURATORI

(49) Item est officium buticularie sive canaparie<sup>a</sup>, in quo sunt duo magistri ecclesiastici. Et eisdem dantur per dominum nostrum seu de eius mandato duo, qui vocantur officarii. Ipsi vero recipiunt duo servientes, videlicet quilibet unum, prout vult.

---

<sup>a</sup> canaparie BL 2651, VL 4736 canapane

(50) Ad istorum inquam pertinet officium instare apud gentes Camere, quod tempore congruo fiat provisio vinorum pro expensa Palatii. In qua provisione fienda alter ipsorum debet personaliter interesse, pecunias necessarias debet recipere et de ipsis in Camera rationem reddere.

(51) Item, postquam vina reposita sunt in Palatio apostolico, debent per unum clericum Camere vel alium ad hoc deputandum ipsa vina, eorum qualitas et quantitas recognosci ac de botis et aliis vasis, in quibus sunt, inventarium fieri, ut sic per gentes Camere magis veraciter sciri possint, qualia et in quanta quantitate empta fuerint.

(52) Item ipsi buticularii cum omni diligentia debent ipsa vina visitare, conservare et de eisdem tam pro persona domini nostri quam alias ministrare, prout ad bonos dispensatores pertinet et per camerarium et magistrum hospitii eisdem ordinabitur.

(53) Ad horum officium pertinet custodire tasseas, pitherios, aigadarias<sup>a</sup>, flascones, elemosinariam vini et alia vasa auri, argenti et stagni ad huiusmodi officium pertinentia.

---

<sup>a</sup> aigadarias BL 2651 aigaduas

(54) Item alter dictorum magistrorum debet continue, dum dominus noster prandet vel cenat, stare in buffeto, ut supra ponitur de panateriis, et ministrare ea, que suo officio incumbunt, pro servitio domini nostri et aliorum in sua presentia comedentium.

(55) Item debent singulis diebus saltim septimanis tradere magistro hospitii in scriptis expensam, quam de vinis fecerunt et aliis ad eorum officium pertinentibus<sup>a1</sup>.

---

<sup>1</sup> Vgl. *etwa ASV Instr. Misc. 2912 Rotulus buticulariorum de mense octobris (1375), 4289 Expensae factae in buticularia domini papae eodem absente Avinione (1397 November - 1398 Januar).*

---

<sup>a</sup> Layoutendnote

## Aqua<sup>a</sup>

---

<sup>a</sup> Aqua BL 2651, VL 4736, MURATORI

(56) Item est officium aque, in quo solet poni unus dumtaxat ecclesiasticus vel secularis, qui vocatur magister aque. Ad cuius officium pertinet recipere et administrare aquam tam pro persona domini nostri quam aliorum et pro coquinis Palatii.

(57) Item custodiat idriam et alia vasa necessaria ad aquam pro persona domini nostri<sup>a</sup>.

---

<sup>a</sup> VL 4736, *MURATORI* folgt pape

(58) Item custodiat platos, lavatorias<sup>a</sup> et navetam et conquas argenteas vel alias pro ponendo in locis, ubi comedit dominus noster, ad aquam aspergendam in eisdem vel vina refrigeranda.

---

<sup>a</sup> lavatorias VL 4736, *MURATORI* sanatorios

(59) Item etiam, quando dominus noster prandet, cenat vel facit collationem, debet stare in buffeto cum magistris buticulario et panaterio.

(60) Item debet habere cameram in Palatio, in qua dormiat et custodiat vasa signanter argentea vel aurea necessaria ad suum officium.

(61) Item, si quam fecerit expensam ratione officii, ut puta faciendo mundari puteum vel puteos, cordas, ferratos et alia similia necessaria emendo, dictam expensam debet dare distincte magistro hospitii.

(62) Item iste solet habere unum servitorem fidelem et idoneum et alios famulos in numero, quod<sup>a</sup> requirit qualitas et labor officii secundum dispositionem loci, in quo stat papa. Et quando aqua non est in eodem loco, sed oportet de longe habere, oporteret habere animalia ad ipsam aquam portandam. Et tunc officium suum habet expensam maiorem. Et ubi aqua est infra Palatium, possunt eidem sufficere tres servitores seu famuli, qui sint fortes ad portandum aquam in coquinis et aliis locis, ubi est necessarium propriis umeris ultra clericum.

---

<sup>a</sup> quod *MURATORI* quot

(63) Item magistri supradictorum officiorum buticularie et aque, quotienscumque summus pontifex in pontificalibus vel in secretis celebrat, debent in buffeto inibi propter hoc ordinato personaliter interesse et de pertinentibus ad eorum officium servire.

### Cera<sup>a</sup>

---

<sup>a</sup> Cera *BL 2651, VL 4736, MURATORI*

(64) Item est aliud officium, quod vocatur cere. In isto officio, quod reputatur inter alia honorabile, debet poni unus ecclesiasticus honestus, probus et fidelis. Cuius officio spectat facere fieri intorcias<sup>a</sup> et candelas grossas et minutas tam pro capella, mensa et cameris domini nostri quam pro aliis omnibus, quibus distributio candelarum cere solet fieri.

---

<sup>a</sup> intorcias *VL 4736 intorcicia (von torcia = Fackel)*

(65) Debet etiam pro servitio Palatii ministrare candelas de cepo<sup>a</sup> et lanternas. Et singulis noctibus, dum dies deficere incipit, hora competenti debet facere poni in camera paramenti candelabra magna et intorcicia incendi et in aliis locis Palatii consuetis lanternas et candelas etiam ordinatas facere incendi et cubiculariis pro cameris domini nostri intorcicia et candelas tradere.

---

<sup>a</sup> sepone = *Talg*

(66) Habet etiam custodiam candelaborum argenteorum pro mensa domini nostri et aliorum ferreorum magnorum, que solent teneri in cameris papalibus, et intorcicia in eisdem poni.

(67) Item habet custodiam caseorum<sup>a</sup> omnium, qui<sup>b</sup> in Palatio expenduntur, et de eisdem loco et tempore congruis provisionem facere.

---

<sup>a</sup> caseorum *MURATORI cascorum*

<sup>b</sup> qui *MURATORI que*

(68) Item ipse magister cere habet adminus singulis mensibus specificè scribere totam expensam per eum factam in dicto mense de cera, cepo et aliis ad suum officium pertinentibus et ipsam magistro hospitii tradere vel gentibus Camere. Et iste magister cere debet



habere cameram in Palatio et duos servitores adminus, quorum unus debet esse clericus, qui vocatur clericus cere et reputatur officarius.

### Folraria<sup>a</sup>

---

<sup>a</sup> Folraria *BL 2651, VL 4736, MURATORI*

(69) Item est aliud officium, quod folraria dicitur. In isto officio debet poni unus ecclesiasticus vel secularis honestus, fidelis et idoneus ad istud officium. Et iste habet custodiam omnium paramentorum, cathedrarum, supertelorum, bancalium, pannorum de atretrato, camerarum de serico, tapetorum et similium rerum pertinentium ad statum summi pontificis et ornatum sui Palatii.

(70) Item habet custodiam lectorum, matalaciorum, culcitrarum, pluvinalium, coperturarum, lintheaminum, tapetorum, pannorum rosatorum, cocinorum et carrellorum<sup>a</sup> et aliorum similium pertinentium tam ad cameras domini nostri quam alias pro usu dicti Palatii, exceptis tamen hiis, que specialiter committuntur<sup>b</sup> custodie cubiculariorum.

---

<sup>a</sup> carrellorum *MURATORI* cavellorum

<sup>b</sup> committantur *VL 4736* admittuntur

(71) Sciendum tamen, quod nulli in Palatio residenti<sup>a</sup> ministrantur culcitre, matalacia, coperture, lintheamina vel alia ad dormiendum necessaria, sed quilibet de suo proprio sibi providet, prout credit sibi expedire.

---

<sup>a</sup> residenti *VL 4736* residentur; *MURATORI* residentes

(72) Item iste debet habere duos servitores iuvenes, fortes, idoneos et habiles ad tendendum et distendendum cameras, velociter consistorium parandum et disparandum tinnellum, cathedras et alia, ubi et quando expedit, ac omnia faciendum, que incumbunt officio.

(73) Iste<sup>a</sup> etiam debet habere cameram in Palatio idoneam pro conservatione premissorum et pro suo et servitorum logiamento.

---

<sup>a</sup> Iste *VL 4736* Item

15. Juni 2016

(74) Item etiam ad ipsum pertinet, in ecclesiis, ad quas declinat dominus noster, in capella sua, cameris papalibus et aliis locis, ubi contingat eundem missas audire, prandere vel cenare vel audientias dare, et cathedras parare pannis aureis, tapeta sternere vel pannos roseos, si habeat, et pannos aureos vel de atrebatato in locis et parietibus, in quibus conveniens fuerit, pro decentia<sup>a</sup> status summi pontificis ponere et tendere.

---

<sup>a</sup> decentia *BL 2651, VL 4736* descentia

(75) Item in tempore hiemali debet cameras papales et capellas naxis<sup>a</sup> de paleis contextis munire et in sollemnitatibus, quando papa comedit in tinello, debet ipsum tinellum de ferro<sup>b</sup> in hieme sternere, in estate vero de herba viridi.

---

<sup>a</sup> naxis *GATTICO verbessert in noctis; MURATORI nattis*

<sup>b</sup> de ferro *MURATORI ... (sic)*

(76) Item, si<sup>a</sup> ratione officii faciat expensam ut puta pro premissis aut pro reparatione pannorum aut alias, debet specificè eam scribere et singulis adminis mensibus magistro hospitii vel gentibus Camere tradere.

---

<sup>a</sup> si *fehlt VL 4736*

### **Custos vaxelle<sup>a</sup>**

---

<sup>a</sup> Custos vaxelle *BL 2651, VL 4736, MURATORI*

(77) Item est in eodem Palatio aliud officium nuncupatum custodis<sup>a</sup> vaxelle. In isto solet poni unus ecclesiasticus honestus et fidelis, qui debet habere unum clericum honestum et duos famulos pro scutellis et platis in prandio et cena ad coquinas portandis et post recolligenis et lavandis.

---

<sup>a</sup> custodis *VL 4736, MURATORI* custos

(78) Ad istius officium pertinet custodia platorum, scutellarum auri et argenti et stagni et aliorum vasorum, in quibus serviri solet de coquina ad mensam domini nostri, et aliorum. Debet etiam per se et suos servitores dicta vasa recolligere et recolligi facere cum bona diligentia et subsequenter bene mundari et lavari facere. Et post prandium et cenam non debet porta Palatii aperiri, donec ipse custos vaxelle magistrum hospitii certificaverit, quod totam argenteam<sup>a</sup> seu vaxellam reperierit.

---

<sup>a</sup> argenteam *MURATORI* argentariam

(79) Item debet<sup>a</sup> custodire probam et probas, que portantur ante cibaria domini nostri et ipsam debet portare ad coquinam horis, quando magister hospitii et scutiferi vadunt ad eam pro querendo dicta cibaria. Ipse autem magister hospitii portat eandem probam ante dicta cibaria vel tradit ipsam portandam magis honorabili militi, qui tunc ibidem fuerit.

---

<sup>a</sup> debet *fehlt VL 4736*

(80) Sumpto autem prandio, quando dominus noster manus lavit, debet scutifer ante eum precidens<sup>a</sup> dictam probam de mensa recipere et tradere dicto magistro vaxelle propter hoc ibidem appropinquanti et de ea custodiam habenti.

---

<sup>a</sup> precidens *BL 2651, VL 4736 precidens*

(81) Item debet habere cameram in Palatio pro custodia vaxelle et expensam, si quam fecit, singulis septimanis tradere magistro hospitii.

### **Magister coquine<sup>a</sup>**

---

<sup>a</sup> Magister coquine *VL 2665, VL 4736, MURATORI*

(82) Item est aliud officium vocatum officium magistri coquine et debet esse secularis, fidelis tamen et honestus. Ad cuius officium pertinet coquinas frequenter visitare et advertere, quod cibaria bene et munde preparentur et signanter<sup>a</sup> pro persona domini nostri quodque in dictis coquinis, signanter in coquina oris<sup>b</sup>, extranei non ingrediantur ibidem, quod<sup>c</sup> per coquos et eorum servitores insolentie non fiant vel clamores et quod per eos non fiat indebita distributio cibariorum.

---

<sup>a</sup> signanter *VL 4736 signantur ibidem*

<sup>b</sup> oris *MURATORI secreta homines*

<sup>c</sup> quod *VL 4736, MURATORI que*

(83) Ad ipsius officium etiam pertinet interesse, quando fiunt provisiones eorum, que ad dictas coquinas sunt necessarie.

(84) Item solet etiam presens esse, quando coqui ordinant cibaria domini nostri portanda eidem, et ire cum scutiferis portantibus cibaria usque ad mensam domini nostri.

(85) Item in absentia magistri hospitii debet de sero scire a domino nostro, que cibaria vult pro crastina die sibi parari et si et quos hospites habiturus sit.

(86) Item debet advertere, que et qualia emptor emit et quibus pretiis, et solet unum dumtaxat servitorem habere expensis<sup>a</sup> Palatii.

---

<sup>a</sup> expensis *MURATORI* ad expensas

### Emptor<sup>a</sup>

---

<sup>a</sup> Emptor *BL 2651, VL 4736, MURATORI*

(87) Item in eadem coquina debet esse unus emptor seu expensor, qui solet esse ecclesiasticus, in quo requiratur magna fidelitas, magna diligentia et experientia.

(88) Ad istius officium pertinet emere carnes grossas et minutas, capones, gallinas, perdices et alia volatilia, ova, pisces, sal, oleum, species necessarias ad coquinas, vasa, veruta et alia multa, que non oportet committere scripture, cum generaliter omnia ibidem in coquinis<sup>a</sup> necessaria, lignis exceptis, habeat emere.

---

<sup>a</sup> que - coquinis *fehlt VL 4736, MURATORI*

(89) Item omnia, que emit, debet incontinenti assignare custodi cibariorum, qui ea debet describere, et deinde per eos presente magistro coquine coquis utriusque coquine horis debitis predicta<sup>a</sup> debent assignari pro parando, prout qualitas diei requirit.

---

<sup>a</sup> predicta *MURATORI* postea

(90) Item dictus comperator debet cum omni sollicitudine laborare, quod illa, que emet, et signanter pro persona domini nostri, sint bona, non corrupta vel alias infecta et quod pretio convenienti, non excessivo habeantur.

15. Juni 2016

(91) Item singulis diebus distincte et specifice ea, que emit, et quo pretio debet scribere et scripturam singulis noctibus magistro hospitii tradere<sup>1</sup>, qui eam debet videre et considerare, an pro illa die det expensam convenientem vel excessivam, et sic dictam scripturam seu cedulam approbare vel reprobare et ad hoc custodem cibariorum et magistrum coquine, si sibi videatur<sup>a</sup>, vocare.

---

<sup>1</sup> Vgl. etwa ASV Instr. Misc. 4735 Expensae coquinae sacri Palatii apostolici (1375 Dezember - 1376 Januar) oder 4734 Expensae pro coquina sacri Palatii (sub Urbano VI) (1380 Oktober 1 bis November 6), 4742 Nota expensarum pro necessariis ad usum coquinae Palatii apostolici (1389 September).

---

<sup>a</sup> VL 4736 videbitur

(92) Item autem comperator solet cameram in Palatio apostolico et unum servitorem dumtaxat habere.

### **Custos cibariorum<sup>a</sup>**

---

<sup>a</sup> Custos cibariorum BL 2651, VL 4736, MURATORI

(93) Item in eadem coquina est aliud officium dictum custodis<sup>a</sup> cibariorum. Iste etiam solet esse ecclesiasticus. Ad cuius officium spectat custodia carniū et piscium, salsorum<sup>b</sup>, olei et omnium provisionum, que solent fieri pro expensa coquinarum. Et omnia fideliter conscribere et custodire et diligenter advertere, quod nihil indebite expendatur.

---

<sup>a</sup> custodis VL 4736, MURATORI custos

<sup>b</sup> salsorum BL 2651, VL 4736 sarsorum

(94) Debet etiam esse contrarelator<sup>a</sup> emptoris<sup>b</sup> sive expensoris et talem operum dare, quod per gentes Camere veraciter informare possit, an ipse expensor bene et fideliter circa ea, que emit seu tradit, se habeat vel ne.

---

<sup>a</sup> contrarelator MURATORI contra relatos

<sup>b</sup> emptoris fehlt VL 4736, MURATORI

(95) Item etiam posset et consuevit ligna ad usum Palatii apostolici necessaria emere, custodire et distribuere.

15. Juni 2016

(96) Item, si boves<sup>a</sup>, mutones seu alia carnalagia seu volatilia donantur pape, debet eas recipere, salvo<sup>b</sup> tamen iure magistri coquine, eaque fideliter conscribere et ipsa<sup>c</sup> diebus et horis congruis in<sup>d</sup> coquinis assignare.

---

<sup>a</sup> boves VL 4736, MURATORI bonos

<sup>b</sup> salvo VL 4736 solve

<sup>c</sup> ipsa VL 4736, MURATORI ipse

<sup>d</sup> in fehlt MURATORI; VL 4736 et

(97) Item iste debet habere bonum et aptum locum ad custodiendum, conservandum et ponendum ea, que ad suum pertinet officium.

(98) Item iste debet habere unum servitorem dumtaxat in Palatio.

### Magister aule<sup>a</sup>

---

<sup>a</sup> Magister aule BL 2651, VL 4736, MURATORI

(99) Item est in eodem Palatio officium magistri aule. Ad istius officium pertinet poni facere mensas, quando campana pulsatur, pro prandio vel cena et signanter illam domini nostri in loco, ubi ipse disposuerit prandere vel cenare, et quod loca, in quibus ponentur, per scobatores faciat bene mundari.

(100) Item ad ipsius officium pertinet facere dari aquam pro abluendo manus hiis, qui ad prandium vel cenam invitati fuerunt, dummodo non sint cardinales aut alii magni, quia illi habent suos servitores.

(101) Item, postquam dominus noster fuerit in mensa, debet invitatos ponere ad mensam secundum gradum et statum eorundem, habito consilio magistri hospitii, si personarum invitarum qualitas hoc exigat.

(102) Item postquam cibaria fuerint posita coram domino nostro, debet facere serviri illis, qui in eius presentia comedunt.

(103) Debet etiam aliis ordinariis facere serviri secundum conditiones personarum et modum, qui sibi tradetur.

(104) Item debet facere serviri de fructibus, qui dari solent in principio et in fine mense.

(105) Item, quando instat finis prandii vel cene, debet facere levari cibaria de ante illos, qui coram domino nostro vel in tinello communi comederunt, et deinde aquam dari et mensas deponi, quando aqua portatur domino nostro pro lavandis manibus.

(106) Item debet bene advertere, quod in tinello non sint murmurationes, clamores seu vociferaciones, sed quod omnes honeste et cum omni pace et quiete comedant.

(107) Item solebat habere unum servitorem dumtaxat.

(108) Item iste magister aule quandoque fuit et esse solebat scutifer seu familiaris magistri hospitii.

### **Magister operum<sup>a</sup>**

---

<sup>a</sup> Magister operum *BL 2651, VL 4736, MURATORI*

(109) Item in Palatio apostolico consuevit esse unus officarius, qui vocatur magister operum. Ad cuius officium pertinet omnia opera, que fiunt in Palatio vel alibi, ubi residet summus pontifex, vel sua sanctitas mandat ordinare, sive sint lignea sive lapidea, operariis assistere, de salariis et rerum<sup>a</sup> pretiis convenire et concordare, habito tamen prius mandato camerarii seu gentium Camere vel aliquo de ipsis gentibus per camerarium ad hoc ordinato, si magnitudo et sumptuositas operis exposcat.

---

<sup>a</sup> rerum *VL 4736* verum

(110) Iste autem<sup>a</sup> consuevit locum habere in Palatio, in quo custodire et conservare possit lignamenta, fustas et alia ad suum officium pertinentia.

---

<sup>a</sup> Iste autem *VL 4736, MURATORI* Item iste

(111) Item est sciendum, quod ipse magister operum percipere solet stipendia in libris Camere descripta, et ideo non consuevit in Palatio apostolico victum habere.

**Barberius<sup>a</sup>**

---

<sup>a</sup> Barberius *BL 2651, VL 4736, MURATORI*

(112) Item dominus noster debet barberium sibi eligere idoneum et expertum, qui sue sanctitati de arte sua serviat, quotiens opus erit.

(113) Iste autem barberius non consuevit in Palatio cameram habere nec victum recipere, sed eidem dari debent stipendia solita dari uni servienti armorum, que (!), si eidem non solvantur, vitam in palatio habere debet.

(114) Ad istius officium pertinet, quotiens papa equitat, valesiam rubeam ante se portare et etiam repositorium mitre, si in officio solus existat. Si enim<sup>a</sup> duo essent, unus portaret dictum repositorium, alius vero dictam valesiam.

---

<sup>a</sup> Si enim *MURATORI* quod si; enim *VL 4736* cum

**Confessor<sup>a</sup>**

---

<sup>a</sup> Confessor *BL 2651, VL 4736, MURATORI*

(115) Item in eodem Palatio est officium confessoris, quem summus pontifex solet eligere pro libito sue voluntatis, qui debet in Palatio cameram habere et in eo continue residere, ut, si et quando opus esset, suam presentiam exhibere valeat.

(116) Ad cuius officium spectat sermones, qui fiunt coram papa, iniungere, vespere et missas sollemnes dominis cardinalibus notificare, altare parare et ornare et, quotiens dominus noster nedum in pontificalibus, sed etiam secrete voluerit celebrare, se exhibere et eidem de sibi incumbentibus servire.

(117) Item ad huius etiam officium pertinet omnia iocalia capelle ut puta reliquiaria, cruces, calices, imagines, candelabra aurea, argentea et omnia vestimenta et ornamenta quecumque ad Dei servitium et capellam summi pontificis deputata custodire, exceptis mictris pretiosis et aliis quibusdam solitis custodiri per cubicularios et exceptis tiara et cherubin, que solent reponi in camera thesaurarie<sup>a</sup> Palatii apostolici.



---

<sup>a</sup> thesaurarie *MURATORI* thesaurarii

(118) Item ad ipisus officium pertinet ministrare vestimenta et ornamenta sacerdotalia et pontificalia, quotiens dominus noster celebrare debet, et eidem in<sup>a</sup> altari servire de libro vel aliis, prout ipse dominus noster duxerit ordinandum secundum ipsius confessoris statum<sup>b</sup> et gradum.

---

<sup>a</sup> in *fehlt VL 4736*

<sup>b</sup> statum *VL 4736 statim*

(119) Item ad eundem pertinet custodire et ministrare magistro capelle vestimenta et ornamenta et alia necessaria ad usum cotidianum capelle domini nostri.

(120) Item est attendendum, quod propter incumbentia officio ipsius confessoris, que multa sunt, solet habere unum socium, qui vocatur sacrista, eo quia ornamenta et vestimenta sacerdotalia alias necessaria pro divino<sup>a</sup> officio celebrando de mandato seu voluntate ipsius confessoris habet ministrare.

---

<sup>a</sup> divino *VL 4736 domino*

(121) Item, quotiens dominus noster equitat, ipse confessor statim post mulam portantem corpus Christi habet equitare in habitu convenienti statui persone sue et, dum dominus noster ad locum, ad quem declinat, pervenerit, in capella ad hoc ordinata coffrum, in quo portatur corpus Christi, decenter debet reponere et ordinem dare, quod candela accensa ante ipsum coffrum semper remaneat.

(122) Et iste confessor ultra socium, qui debet esse bonus et fidelis et honestus, debet habere unum servitorem pro serviendo persone sue<sup>a</sup>.

---

<sup>a</sup> pro - sue *fehlt VL 4736, MURATORI*

### **Magister Palatii<sup>a</sup>**

---

<sup>a</sup> Magister Palatii *BL 2651, VL 4736, MURATORI*

(123) Item summus pontifex solet eligere magistrum Palatii, qui communiter consuevit esse de ordine predicatorum, et iste debet esse sollemnis magister in theologia. Ad cuius

officium pertinet diebus consistorialibus et certis aliis sacram theologiam in scolis sacri Palatii apostolici vel alio ad hoc sibi ordinato legere. Debet etiam in collationibus pape et signanter diebus festivis et sollempnibus venire paratus questiones proponere vel aliis respondere, prout ipse dominus summus pontifex duxerit eidem iniungendum.

(124) Item autem non habet in Palatio cameram nec victum recipit, sed eidem solent stipendia solvi in libro Camere contenta.

### Eleemosinarius<sup>a</sup>

---

<sup>a</sup> Eleemosinarius *BL 2651, VL 4736, MURATORI*

(125) Item summus pontifex consuevit habere eleemosinarium ecclesiasticum idoneum, pium, devotum et caritativum. Ad cuius officium spectat miserias pauperum et aliorum desolatorum curiam sequentium<sup>a</sup> sepe ad memoriam domini nostri reducere et pro eis intercedere.

---

<sup>a</sup> sequentium *VL 4736* sequentem

(126) Item debet sollicitare de eleemosinis fiendis pauperibus, prelatis videlicet mendicantibus, religiosis, hospitalibus et aliis piis locis et, quod personis nec(essita)tis<sup>a</sup> eleemosina largiatur<sup>b</sup> et signanter in sollempnibus festivitibus.

---

<sup>a</sup> necessitatis *MURATORI* necessariis

<sup>b</sup> largiatur *BL 2651* largiat

(127) Item debet pro pauperibus in curia oppressis intercedere et semper et continue opera pietatis et misericordie dicto domino nostro persuadere.

(128) Item, quando summus pontifex equitat, consuevit post eundem in habitu decenti super mula de palafrenaria sibi tradenda equitare et missilia<sup>a</sup> proicere, prout congruit officio.

---

<sup>a</sup> missilia *VL 4736* missalia

(129) Item iste non consuevit communiter habere cameram in Palatio apostolico, sed tamen eidem pro se et uno servitore provisio dari debet, nisi alias sufficienter abundaret.

15. Juni 2016

(130) Item moris est et fuit, quod prior sancti Antonii curie Romane intrat Palatium, quando pro prandio campana pulsatur, et in tinello vel camera, in qua papa<sup>a</sup> prandere debet, vel alio loco propinquo ponit vasa sua ordinata pro eleemosina recipienda et stat ibidem, dum papa prandet et, quidquid panis, vini et cibi levatur de mensa domini<sup>b</sup> pape et aliorum coram eo comedentium, debet recipere de manu levantis et ponere in dictis vasis. Post prandium vero statim debet recedere et pauperibus in hospitali iacentibus eleemosinam per ipsum receptam fideliter distribuere. Et iste non habet stipendia nec cameram in Palatio nec etiam victum nec pro victu suo aliquam portionem, sed vivit de emolumentis sui prioratus, que magna solent esse. Iste etiam debet sequi dominum nostrum papam, quocumque vadit, pro suo officio faciendo. Iste etiam debet habere curam animarum omnium foressanorum et eisdem solet<sup>c</sup> sacramenta ministrare.

---

<sup>a</sup> papa *fehlt VL 4736, MURATORI*

<sup>b</sup> *VL 4736 folgt nostri*

<sup>c</sup> *MURATORI folgt sanctissima*

### Capella<sup>a</sup>

---

<sup>a</sup> Capella *BL 2651, VL 4736, MURATORI*

(131) Item summus pontifex consuevit habere in sua capella cantores, et inter eos est unus, qui vocatur magister capelle. Ad cuius officium pertinet omnes alias dirigere et gubernare, quatenus ad servitium dicte capelle pertinet. Qui singulis diebus presente vel absente domino nostro debent in capella ad hoc ordinata missam alta voce dicere et vesperras cantare ac etiam matutinas, si et quando pro sollemnitate festi dominus noster duxerit eisdem mandandum.

(132) Item dictus magister capelle, si ad hoc idoneus fuerit, debet in prandio coram domino nostro bibliam legere ac „Benedicite“ et „Gratias“ intonare et pro hoc debet in Palatio apostolico prandere, non tamen cenare. Si autem ipse magister idoneus non fuerit, debet ex ipsis cantoribus unus elegi, qui premissa faciat.

(133) Item dictorum cantorum ultra dictum magistrum videtur numerus XII sufficere.

(134) Item ultra predictos debent esse duo clerici, qui vocantur clerici capelle seu ceremoniarum. Et sic in ipsa capella sunt XV<sup>a</sup> persone, que quidem non consueverunt in Palatio

apostolico nisi in certis sollemnitatibus comedere, sed recipiunt certa stipendia in libris Camere contenta et habent suas mansiones extra Palatium.

---

<sup>a</sup> XV VL 4736, *MURATORI* quindecim

(135) Item ultra dicta stipendia solet summus pontifex vestes communibus annis dare eisdem.

(136) Item inter istos sunt presbiteri, qui debent alternis septimanis coram domino nostro missas dicere.

### **De coquis<sup>a</sup>**

---

<sup>a</sup> De coquis *BL 2651, VL 4736, MURATORI*

(137) Item in Palatio apostolico est coquina oris<sup>a</sup>, in qua dominus noster debet personas omnino sibi fidas et in arte coquine bene expertas sibi eligere. Et in ista possunt bene sufficere quattuor persone.

---

<sup>a</sup> oris *fehlt MURATORI*

(138) Item est alia coquina, que dicitur communis. In qua debent poni coqui experti<sup>a</sup> et laboriosi pro bene parando cibaria apponenda comedentibus in Palatio apostolico. Frequenter namque invitantur domini cardinales, magni prelati, ambasciatores regum et principum et alii magne auctoritatis viri, quibus pro decentia<sup>b</sup> status domini nostri debet serviri de bonis cibariis et bene paratis, quod fieri non potest, si coqui bene experti et laboriosi non fuerint.

---

<sup>a</sup> experti *fehlt MURATORI*

<sup>b</sup> decentia *BL 2651* descentia

(139) Et in ista coquina possunt sufficere sex persone.

### **De ostiariis<sup>a</sup>**

---

<sup>a</sup> De ostiariis *BL 2651, VL 4736, MURATORI*

(140) Item in Palatio apostolico solent esse ostiarii maiores, sed quia numerus est magnus, expedit, et ita fuit retroactis temporibus observatum, quod ipsi ex se ipsis eligant duos, qui alternis septimanis custodiant portas eisdem assignandas, quibus diebus sic alternatis<sup>a</sup> septimanis<sup>b</sup> servientibus provideatur de victu.

---

<sup>a</sup> sic alternatis *MURATORI* seu alternis; alternatis *VL 4736* alternis

<sup>b</sup> *VL 4736* folgt custodiant portas eisdem assignandas, quibus diebus sic alternis septimanis

(141)<sup>a</sup> Idemque fiat de servientibus armorum. Et sufficiunt ut supra duo, qui alternis septimanis serviant.

---

<sup>a</sup> (141) fehlt *VL 4736*, *MURATORI*

(142) Item idem de ostiariis minoribus<sup>a</sup>, qui nuncupantur porte<sup>b</sup> ferre. Et sufficiunt etiam duo, qui alternis septimanis serviant.

---

<sup>a</sup> Item - minoribus *VL 4736*, *MURATORI* Item quod fiat de servientibus minorum (*MURATORI* minoribus)

<sup>b</sup> porte *VL 4736* porto

(143) Item idem de ostiariis prime porte Palatii. Et sufficiunt duo, ut<sup>a</sup> supra.

---

<sup>a</sup> ut *VL 4736* vut (!)

### De cursoribus<sup>a</sup>

---

<sup>a</sup> De cursoribus *BL 2651*, *VL 4736*, *MURATORI*

(144) De cursoribus autem ipsi ex se ipsis sex<sup>a</sup> eligant, qui alternis vicibus et septimanis in Palatio apostolico serviant. Et ipsis sex de Palatio provideatur de victu. Et<sup>b</sup> magister cursorum sit semper attentus, quod de ipsis in Palatio reperiantur ita idonei et quod non sit defectus in eorum servitio.

---

<sup>a</sup> sex fehlt *MURATORI*

<sup>b</sup> *VL 4736*, *MURATORI* folgt quod

### De medicis<sup>a</sup>

---

<sup>a</sup> De medicis *BL 2651*, *VL 4736*, *MURATORI*

(145) Item dominus noster habet eligere phisicos, prout placuerit sue sanctitati, et de eorum provisione ordinare. Consuetum tamen est, quod in Palatio apostolico unum semper habeat, cui camera debet assignari. Et sibi pro se et uno servitore de victu provideri debet.

### De registratione supplicationum<sup>a</sup>

---

<sup>a</sup> De - supplicationum *BL 2651, VL 4736, MURATORI*

(146) Item in Palatio apostolico est consuetum, quod assignetur camera pro registro supplicationum. In quo officio solent esse duo, sed nullus eorum aliquam provisionem recipit in Palatio.

### De registro litterarum apostolicarum<sup>a</sup>

---

<sup>a</sup> De - apostolicarum *BL 2651, VL 4736, MURATORI*

(147) Item registratori litterarum apostolicarum est etiam camera assignanda in Palatio apostolico. De isto officio, quomodo<sup>a</sup> et qualiter regi debeat, ordinabit dominus noster, prout sue sanctitati videbitur.

---

<sup>a</sup> quomodo *VL 4736* quoquomodo; *MURATORI* quod quomodo

### De palafrenaria<sup>a</sup>

---

<sup>a</sup> De palafrenaria *BL 2651, VL 4736, MURATORI*

(148) Item sciendum est, quod extra Palatium solebat esse unus locus idoneus pro equis summi pontificis. Pro quorum equorum ac loci regimine deputatur unus, qui vocatur magister palafrenarie sive stabuli. Ad cuius officium pertinet custodia et gubernatio equorum et aliorum animalium in palafrenaria pro servitio summi pontificis existentium<sup>a</sup>. Ad ipsius etiam officium pertinet emere fenum, advenam<sup>b</sup> (!), blavam, paleas et alia necessaria pro animalibus predictis et ea visitare, ferrari et mundari facere per marescallum ad hoc ordinatum.

---

<sup>a</sup> *VL 4736* ex und Lücke von 3 cm; *MURATORI* ... (sic)

<sup>b</sup> advenam *MURATORI* venam

(149) Item, quia dictus magister palafrenarie communiter laicus est, solet sibi dari per gentes Camere unus clericus, qui vocatur clericus palafrenarie. Qui habet omnia, que emit, recipit vel expendit ipse magister pro usu officii, fideliter conscribere et scripturam suam, quando ratio seu computum ab ipso magistro exigitur, camerario et gentibus Camere assignare, ut sic veraciter gentes possint scire receptam<sup>a</sup> et expensam dicte palafrenarie.

---

<sup>a</sup> **receptam** VL 4736, *MURATORI* **receptum**

(150) Item ad ipsius magistri officium pertinet custodia omnium sellarum, frenorum, co-perturarum, calcarium, bastorum et aliorum ornamentorum pertinentium ad ornatum equorum summi pontificis et officium palafrenarie necessariorum.

(151) Item ipse magister sub se habet famulos<sup>a</sup>, qui vocantur palafrenarii, secundum numerum equorum et aliorum animalium in palafrenaria existentium. Ideo istorum non est numerus determinatus, sed, si et<sup>b</sup> qui ad hoc officium fuerint recepti, perpetui vocatur, **in tantum** quod secundum antiquas observantias summus pontifex debet eisdem, quantumcumque propter debilitatem, antiquitatem seu alias<sup>c</sup> servire non possent, de victu et vestitu, quamdiu vixerint, providere.

---

<sup>a</sup> famulos VL 4736 familiaris

<sup>b</sup> et *fehlt* *MURATORI*

<sup>c</sup> *MURATORI* *folgt* causas

(152) Item est sciendum, quod isti palafrenarii habent stipendia contenta in libris Camere. Ultra que de Palatio nihil recipiunt nisi vestes semel in anno.

(153) Item dictus magister palafrenarie de consuetudine sui officii potest tenere unum equum suum in palafrenaria propriis expensis summi pontificis. Habet etiam aliqua alia<sup>a</sup> iura, que exprimentur, quando opus erit.

---

<sup>a</sup> alia *fehlt* VL 4736, *MURATORI*

(154) Item sciendum, quod in Palatio summi pontificis non consueverunt recipi equi vel alia animalia quorumcumque aliorum quantumcumque ipsi summo pontifici propinquorum seu domesticorum.

(155) Item in Palatio apostolico solet esse unus, qui pulsat campanam pro consistoriis et aliis horis consuetis. Et iste habet victum pro persona sua dumtaxat.

(156) Item debet esse unus vel duo scobatores, qui debent extra cameras papales tinellum, ambulatoria, plateam seu plateas Palatii mundare. Et isti etiam habent victum in Palatio.

NOTA BENE<sup>a</sup>.

(157) Item advertendum est, quod de omnibus, que tradunter officiariis suprascriptis ad eorum officum pertinentium sicut panateriis, buticulariis, magistro aque, cere, folrarie, confessori seu sacriste, magistro palafrenarie seu stabulario<sup>b</sup>, debent inventaria distincta plena fieri per clericum seu clericos Camere<sup>c</sup> per camerarium ad hoc deputat(os), quorum originalia in<sup>d</sup> thesauraria Camere apostolice reponi debent et eorum copie penes singulos officarios, prout ad eos pertinet, remanere, ut sic semper apparere possit, que et qualia eorum quilibet in sua habet custodia et periculo, si que perdita fuerunt.

---

<sup>a</sup> Nota bene *BL 2651*

<sup>b</sup> stabulario *BL 2651, VL 4736* stabularii

<sup>c</sup> *MURATORI* folgt seu

<sup>d</sup> in *fehlt VL 4736*

(158) Supradicta omnia et singula pro aliquali informatione officiariorum Palatii apostolici scripta sunt, salva semper omnimoda determinatione domini nostri, in cuius simplici voluntate existit in eisdem addere, detrahere vel ipsa totaliter immutare. Et placeat sue sanctitati scribentem excusatum habere, non enim novit mores in hac parte observatos, et libros antiquos Camere penes se non habet. Quibus consideratis in hiis, in quibus erravit, solita clementia eiusdem domini nostri dignetur sibi indulgere.

(159) Item attendendum, quod supra specificè non ponitur, quibus officiariis et quanta stipendia dari solent et quomodo solvi, quia de hiis apparere potest per antiquos libros Camere, quia<sup>a</sup> a tempore scismatis citra paucis et diminute soluta fuerunt etc.

---

<sup>a</sup> quia *MURATORI* que



(160) Scripta Pisis<sup>1</sup>, post novam creationem felicis recordationis domini<sup>a</sup> Alexandri pape quinti, anno a nativitate domini M<sup>b</sup> CCCC nono, IIII iulii<sup>2</sup>.

---

<sup>1</sup> *Pisa, Toskana, Italien.*

<sup>2</sup> *1409 Juli 4.*

---

<sup>a</sup> *domini fehlt VL 4736, MURATORI*

<sup>b</sup> *M VL 4736 millesimo*

**neu**

Diversa Cameralia 11, fol. 14r-14v (Bilder bestellen). Betr. Annaten.

Alexander ...